ELENCHUS

VOCABULORUM EUROPAEORUM

CUMPRIMIS

SLAVICORUM

MAGYARICI USUS,

ID EST,

QUAE MAGYARI ASIATICI, CUM IN PANNONIAM VENISSENT, LINGVAM SUAM EXCULTURI, A GENTIBUS EUROPAEIS ASSUMSERUNT, SUIQVE USUS FECERUNT,

QUO,

COMPLURIBUS OBSERVATIONIBUS CRITICIS, PHILOLOGIAE *PROPRIIS*, NEC NON HISTORICIS, HANC PARTEM LITERATURAE ILLUSTRANTIBUS, PASSIM INSERTIS REIPUBLICAE LITERARIAE QVODAM MODO EMOLUMENTO ESSE VOLUIT

STEPHANUS LESCHKA,
HUNGARUS VERBÓTZINO-NITRIENSIS.

BUDAE,
TYPIS TYPOGRAPHIAE REGIAE UNIV. HUNGARICAE.
1825.

Studio, origines nominum scrutandi et vetusta nomina interpretandi, ad certam rerum et firmam cognitionem atque scientiam, vix aliud esse potest efficacius. Vel sine illo haec potius fluctuat semper et labescit. —

Ioach. Camerarius in vita Phil. Melanchtonis.

Admittitur ad imprimendum.

Budae, 13. Iulii 1815.

Antonius Nagy *m. p.*
Librorum Censor et Revisor.

Praefatio

Hungariam Polyglottam, seu *brevem descriptionem Linguarum in Hungaria vernacularum, secundum earum Origines et Fata*, editurus eram, eidemque huncce *Elenchum*, tanquam appendicem, additurus. Sed, quia ad prioris opusculi confectionem parum otii nactus sum, quo omnino opus mihi fuisset, posterius autem, succisivis horis, quasi ludendo consummatum, praeter spem et opinionem auctum est adeo, ut priori haud commode adiungi potuisset; et alioquin ab amicis atque societatibus eruditis incitatus sum, ut promissum *Elenchum* primo quoque tempore ederem: constitutum itaque est mihi, nunc solum *Elenchum* in lucem proferre, cum tempore vero, si Deo placitum fuerit, cum plus otii nactus ero, etiam *Hungariam Polyglottam* dilectis popularibus in manus tradere. Ut autem illi, quibus volupe esset hanc partem

)(　　　lite-

literaturae legere, sciant, quid circiter a me exspectare possunt: praemittam hic brevem synopsin, quae monstrabit, de quo sim in *Hung. Polyg.* tractaturus.

Absolvam nempe totum opus tribus Capitibus: *Caput I. De Linguis in genere; Caput II. De Linguis Europaeis,* — inprimis cardinalibus illis, quae matres sunt reliquarum Europaearum, — videlicet: *Graeca, Latina, Germanica* et *Slavica,* quas probabo unius eiusdemque matris esse filias, neque ex Graeca Latinam, ex Latina Germanicam et Slavicam ortum habere, uti quidam opinantur; sed omnes quatuor eiusdem esse aetatis atque cum aetate crevisse, eo tantum excepto, quod Graeci primi suam per literas elegantiores excoluerint, Latinique tandem suam exculturi permulta vocabula technica a Graecis acceptaverint, Slavi vero et Germani a Latinis, inprimis posteaquam iam Christo nomen dedissent. *Caput III. De Linguis in Hungaria vernaculis,* quae certae tam multae sunt, ut vix in toto orbe terrarum reperiatur regio, in qua tam multae essent nationes diversis linguis loquentes, uti sunt in Regno Hungariae, cum adnexis provinciis. Colunt enim Hungariam, praeter

Ma-

Magyaros, multi *Germani*, iique Austriaci, Bavari, Saxones, Svevi, etc. — sed longe plures *Slavi*, et quidem *Slavi* Bohemi, Poloni, Russi seu Rutheni, Venedi, Vindi (perperam Vandali nuncupati), Croatae, Illyrii, i. e. Dalmatae, Slaveni (Slavonii), Srbi seu Serbi, vulgo Rasciani, etc. Haud contemnenda est etiam colonia Walachorum, romanae vel rectius slavicae originis; de lingua Latina, quae Viris doctis et illustrioribus, aeque ac vernacula, est familiaris, nunc nihil dicam, eo minus de advenis Graecis, Iudaeis, Armenis, etc. tantum de Zingaris seu Cziganis, quorum incerta origo iam nunc certior evasit, apponam, eos certe Indostanicae-Mogulicae seu Moricae esse originis. — Iam redeo ad *Elenchum*, de quo spero fore, ut id mihi contingat, ut nempe Viri docti, inprimis Philologi et Philoglotti, benevolo eum animo excipiant, eo ex capite, quod multa in illo collecta sint vocabula, quae Magyari Asiatici, linguam suam in Europa exculturi, ab Europaeis susceperunt nationibus, et quod plerisque Viris eruditis, qui circa originationem vocabulorum magyaricorum versantur, neque tamen omnium quatuor linguarum europaearum cardinalium gnari sunt, admo-

modum difficile hucdum fuerit, quorundam vocabulorum, iam pridem magyarica civitate donatorum, origines adinvenire. Collectio haec facta est ex Lexicis et Dictionariis, tum antiquioribus tum etiam recentioribus, ex variis praeterea libris et ephemeridibus, atque tandem ex usu etiam vulgari; me tamen non omnia vocabula collegisse, multaque aciem oculorum meorum effugisse, quae hic addi deberent, Viri literati, linguarum europaearum, inprimis magyaricae, bene gnari, facili perspicient negotio. Haec tamen, quae praestiti, tantisper sufficiant, usque dum aliquis scrutator linguarum plura, et forte meliora, collegerit.

In Ephemeridibus publicis literariis Vindobonensibus (Wiener allgem. Literaturzeitung), 1813, Fasciculo 11. p. 272. illud proponitur desiderium, ut aliquis Slavorum, Historiae Hungariae profuturus, omnia illa vocabula colligat, quae Magyari, sede fixa in Hungaria facta, a Slavis acceperunt, suique usus fecerunt. Cl. D. Georgius Palkovits, Linguae et Literaturae slavicae Posonii Professor, et Caes. Regiarum Gentilium seu Nationalium Ephemeridum, quae singulis hebdomadibus prodibant, ideoque *Týdennjk* nuncupabantur, auctor, hocce

desi-

desiderium in Nro 19. 1813, p. 346. publicavit, simulque adiecit, me iam a pluribus annis eiusmodi vocabula colligere. Sed ego non solum slavica, verum etiam germanica, latina et graeca, quantum eius facere potui tempore succisivo, collegi vocabula, quae Magyari nostri sui usus fecerunt, linguam suam excolendo, amplificando. Quo plus omnino, quantum eius fieri potuit, praestiti, quam memoratae Ephemerides et Societates eruditae desiderasse videantur. —

Scio equidem, inveniri eiusmodi homines, qui, rem non intelligentes, vitio mihi vertent, quod similia in apertum protulerim, idque mihi affingent (id quod iam in antecessum hisce meis auribus audivi „*azzal gyalázza a' mi nyelvünket*"), — quasi vero ego hocce *Elencho* linguam magyaricam ludibrio exponerem atque despectui. Sed absit a me talis petulantia, ut linguam antiquissimam, eamque praestantissimam, quae hucdum asiaticam suam retinet gravitatem, ludibrio exponam atque despectui; quinimo prodesse volo animo gratissimo rei literariae, iisque dilectis popularibus auxilio esse, qui rescire volunt, a qua radice haec vel illa vox descendat, undeque oriatur et derivetur, at-

atque an sit genuina magyarica, vel vero peregrina, sed iam dudum magyarica civitate donata, genioque linguae huius accomodata. Quam sinistre et praepostere suspiciosi illi cogitent, omnes docti Viri, inprimis Philoglotti, bene sciunt. Sciunt enim, omnem linguam vetustissimam fuisse etiam simplicissimam, vocabulis brevibus, *plerumque monosyllabis*, et paucis abruptisque dicendi formulis, atque sic instructam, ut primum gestibus semper aliquid ad significationem, dein artibus, opificiis, agriculturae, etc. ad culturam relinqueretur. Talis certe erat lingua magyarica, antiquissima quidem, sed eo ipso etiam simplicissima, penes maiores Magyarorum, qui permultis rebus carere potuerunt, ideoque eas neque nominare sciverunt: quia in sua vita nomadica, paucis contenti, etiam sine consortio aliarum gentium, satis beatam potuerunt ducere vitam. Videamus nunc inter alia tantum membra corporis humani, an non fere omnia brevia sunt et monosyllaba vocabula, quibus illa exprimuntur? Fő, agy, haj, bőr, orr, szem, száj, fog, iny, nyelv, fül, nyak, tork, melly (mejj), sziv, hát, kéz, váll, új, iz, tag, has, hús, tsont, láb, térd, tzomb, talp, sark, etc. — In hisce nul-

nullum est peregrinum, quia haec omnia iam in Scythia habuerunt maiores Magyarorum; sed simul ac artibus, opificiis et oeconomiae semet dediderunt, illico ab aliis gentibus, a quibus artes, opificia atque oeconomiam didicerunt, vocabula etiam ad susceptum hoc vel illud negotium pertinentia acceptarunt, genioque linguae suae accomodarunt. Cuius rei neminem nostrum, qui sapit, unquam pudebit, secus nos pudere deberet linguae antiquissimae, cuius origines sine dubio ad primam generis humani infantiam sunt referendae, ubi adhuc artes, mercatura, variaeque novae inventiones, ex quibus novae voces ortae fuissent, non exstiterunt. Quapropter supra modum mihi sapere videntur, ne dicam, insolentes sunt illi, qui bonas voces, iam pridem civitate magyarica donatas, usuque receptas, eliminare, eisque novas, recenter formatas vel formandas, substituere volunt, tantum propterea, quod origine sint slavicae aut germanicae. Vide Gramm. Debr. p. 352. duas ultimas positiones: „*Hogy ennyi szót vettünk má-* „*soktól, következésképpen, a' mi Asiai nyelvünk* „*kevés szókból áll*, etc. usque ad finem." — Faciant tantum periculum, eliminent e. g. ablak, abronts,

asz-

asztag, asztal, atzél, bab, bába, baraszk, barát, barázda, borda, borona, borosta, dajka, darab, deszka, dézsa, ebéd, eke, eszteke, etset, etzet, favilla, forma, formálni, fülemile, galamb, ganaj, garád (garágygya), gazda, gereblye, hámor, ház, hörtsök, iga, ikra, istálló, istráng, istrázsa, jászló, kalász, kaláts, kapa, kapálni, káposzta, kapta, karátsony, kasza, kaszálni, kazal, kementze, konyha, kortsma, kováts, kúlts, lajtorja, lapát, lemez (lemes), len, lentse, mák, malom, mészáros, molnár, Nádorispán, nadrág, nátha, nyavalya, óltár, orgona, óstya, ösztön, padlás, palaszk, pálinka, patak, patkó, péntek, pénz, pereszlen, pernye, petsenye, petsét, pintér, pintze, pitvar, pléh, pohár, polgár, ponyva, pozdorja, pózna, prés, puska, puszta, putton, rab, rabota, raj, rák, rakontza, ráma, répa, retek, retesz, rozs, saláta, sapka, saraglja, sátor, sindel, sinór, sógor, szabad, szalad, szalonna, szalma, szán, szarka, szatska (rectius szetska), szajkó, széna, szerda, szikra, szita, szolga, szomszéd, szövétnek, tábla, takáts, taliga, tányér, tseléd, tserép, tseresnye, tsoroszlya, tsötörtök, túró, tzérna, tömlötz, udvar, ugar, ugorka, unoka, útza,

váló,

váló, varsa, vatsora, veder, veréb, vetsernye, viasz, vidék, villa, vinnye, zab, zabola, zálog, zár vel závor, et multa alia, quae hocce in *Elencho* videri possunt, substituantque nova vocabula, tandemque loquantur cum rustico, oeconomo, aut qualicunque tandem homine, qui bene scit magyarice, videbunt, quantum proficient, et an intelligentur. Ideo autem loquimur cum aliis, ut ab illis intelligamur. Vide *Ó és Új Magyar*, *Pesten*, 1816 inprimis p. 14. seq. —

Quid vero ego in hocce opusculo philologico profecerim, et an literaturae hungaricae emolumento sim futurus, iudicent Viri docti, linguarum europaearum periti. Cum tamen sciam, Lexicon magyaricum, Grammatico-criticum, quod hucdum in votis fuit, Adelungiano germanico, Grammatico-critico, simile, iam a Spect. et Cl. Domino *Iosepho Márton*, in Caes. Regia Universitate Vindobonensi Linguae et Literaturae magyaricae Professore, elaborari: nullus dubito, quin huic eximio Lexicographo hocce meo opusculo rem gratam atque utilem sim praestiturus. Scimus quidem, non omnes libros, qui eduntur, esse valde utiles; sed quosdam tantum eo scopo scribi et edi, ut ea, quae ignorare

Viros

Viros doctos non deceret, imo quodammodo turpe esset, in lucem proferantur. Quodsi itaque hocce scriptum meum aliqui pro inutili declaraverint, eo non obstante, ego certe spero fore alios, qui agnoscent animo sincero, me eis talia aperuisse, quae ipsis hucdum erant ignota, sive ego illa ab aliis Viris eruditione claris acceperim, sive autem meae sint sententiae, coniecturae, opiniones et hypotheses. Quales quidem hocce in opusculo dari, non diffiteor; verum potius Viris de re literaria bene meritis, tanquam peritis arbitris, easdem de meliori commendo, crisi subiiciendas, examinandas. Eorum humanitate et benevolentia admonitus, si quid certioris et melioris ostensuri sunt, gratissimo animo acceptabo. Caeterum vehementer gaudebo, si, omnibus, quae contradici possent, non obstantibus, a studio meo, quod hunc in finem collocavi, fructus in literatura Hungarica amplissimi percipiantur.

Dabam Kis-Körösini, 1815.

Auctor.

Notae et Animadversiones.

---

1) Ne forte probrosum hoc videatur alicui et ignominiosum, quod de lingua magyarica in Praefatione dixi, libitum est hic addere testimonium scriptoris domestici, qui ex probatis et fide dignis auctoribus suam hausit commentationem, sub titulo: „*Hungaria sub Vaivodis et Ducibus, sive historica de rebus veterum Hungarorum, inde ab origine gentis usque ad Geysae tempora etc. — Commentatio, etc. a Ioanne Pelcz, Sempronii, 1755.*“ — In isto libello, §. XVI auctor sic scribit: „*Corporis staturam veteribus illis et priscis Hungaris tribuunt Scriptores brevem, in eaque compactam membrorum et firmam coagmentationem, colorem vultus adustiorem, oculos interius conditos et truces, capita rasa: more forsan Arimphaeorum, Scytharum vetustissimorum, apud quos, Plinio teste, capillus iuxta foeminis virisque in probro existimabatur, etc. — Pro tetrica et inculta vitae ratione, etiam sermo notabatur in hac gente rarissimus et tardissimus, tantoque lingua ad dicendum tardior, quanto manus ad agendum et pugnandum expeditiores. Vestium etiam et lanae usum ignorasse traduntur, eumque a Boiaris demum accepisse, inculti et horridi, quorum corporibus antea pelles ferinae tegumenta praebuissent. Nec sedes uspiam erat stabilis, aut certum domicilium, passim vagantibus, veterum Scytharum more, quorum plaustra vagas traxisse domos Horatius testatur. Igitur vel specus, aut vilissima et lutea*

„*tu-*

„*tuguria, erant pro domibus, etc.* — *Qualis durorum* „*et agrestium vita, talis etiam victus erat, quem* „*non terrae, multo labore cultae, frugibus colligen-* „*dis, sed piscatu, aucupio et venatione, sibi compa-* „*rabant. Quam vero alieni erant ab agrorum cultu,* „*tam armorum tractatione et equorum etc. — studio* „*erant dediti.*“ — Ad confirmandas hasce veritates historicas, citat noster auctores sequentes: Sigism. Calles, Annal. Austr. L. IV. p. 210. — Lit. Theodemari Salisb. A. Episc. aliorumque Praelatorum ad summum Pontificem Ioannem IX. — Plinium, Nat. Hist. L. VI. c. 13. — Horatium, Carm. L. III. od. 24. — et Rheginonem ad An. 889. — An haec omnia, quae Pelcz scribit, ita se habeant, nunc non examinabimus, tantum sequentia animadvertemus. Per *sermonem rarissimum et tardissimum*, sine dubio intellexit auctor linguam simplicissimam, neque omnino cultam habere potuerunt Magyari nostri in vita illa simplici et nomadica. *Vestium* enim *usum ignorantes*, et tantum *pellibus ferinis corpora tegentes*, ignorarunt etiam omnium vestimentorum nomina: hinc *dolmány*, *kalap*, *mente*, *nadrág*, *paputs*, *tsizma*, etc. ab Europaeis tandem nominare didicerunt. Quibus vero hyeme *specus*, *vel vilissima tuguriola*, veris autem, aestatis, et autumni tempore, *tabernacula*, *seu tentoria erant pro domibus*: quomodo illi domum et alia aedificia eorumque partes nominare potuissent? Hinc nonne prono fluit alveo, eos *ház*, *ablak*, *kamara*, *pitvar*, *kementze*, *padlás*, etc. ab Europaeis didicisse? Qui *simplicissimo victu contenti*, quem *piscatu*, *aucupio et venatione*, *sibi comparabant*, *et ab agrorum cultu erant alieni:* quomodo illi nominare potuissent varios cibos *kaláts*, *kása*, *lentse*, *levetske*, *pogátsa*, *szalonna*, *tarhonya*, de

qui-

quibus neque cogitarunt, et varias actiones atque instrumenta, ad terram colendam et fruges colligendas necessaria, nisi de iis dicere velimus, signorum cognitionem res significatas apud ipsos praecessisse? — Unde patet, eos *borona*, *gereblye*, *kapa*, *kasza*, *villa*, etc. imo sine dubio etiam *aratni*, *szántani*, cet. ita ab Europaeis didicisse, uti *boronálni*, *kapálni*, *kaszálni*, etc. Quid quod? neque Duces suos nominarunt magyarice, sed slavice, *Vajvoda*, *Vojvoda*, quod Graeci scripserunt *Βοεβοδα*. *Vezér*, quod ex slav. *wed'*, *wedz*, *wez*, duc, führe du, derivatur, etiam in Europa tandem cognoverunt. —

2) His praemissis, accedam ad *Elenchum*. a) Vocabula, quae primo statim obtutu agnosci possunt, tanquam Europaea, breviter tantum apposui, uti e. g. *Alatság*, *Angyal*, *Mészáros*, *Kortsma*, etc. sed alia, quae aut iam sunt controversa, aut vero imposterum contradici possent, uberius explicavi, e. g. *Apát*, *dajka*, *kováts*, *nadrág*, *néma*, etc. — b) Multa sunt adhuc vocabula, quae in dubium vocari possunt non sine caussa: nam quaedam non habent genuinas radices magyaricas, ex quibus aut iam existerent, aut novae deduci possent voces; alia vero, etiamsi radices magyaricas habere videantur, tamen nullae aliae voces ex iis factae in hac lingua sunt, in alia vero, aliqua nempe Europaearum, complures deprehenduntur, cuiusmodi sunt, e. g. *Abaposztó*, *posztó*, est slav. *postaw*, aba autem ei praepositum est sine dubio *albus*, *alba*, lat. — *Abajgatni*, sine dubio factum est ex slavico *obgánjati*, bohem. *obháněti*, herumjagen, herumtreiben, ide 's tova vagy szélyel üzni, aut *odháněti*, wegtreiben; simile est etiam *Ábrándozni*, Grillenfangen etc. *Andalgani*, (Andächteley?) — *Bagdánpetsenye*, (bokowá-

wá pečeně?) *Bandzsa*, *Barangólni*, *Bárgya*, (bardus, barda?) *Barling*, (brhljk?) *Durva*, (drawý, drawá?) *Duzma*, *Duzzadt*, (dutý), *Fitserézni*, (ausʒieren), *Fitserékelni*, (ʒwitschern), *Fitty*, (Fipps), *Héhelni*, (hecheln), *Kóborlani*, (kobrlati, krbálati se), *Mézga*, (slav. etiam mjzğa, mjézğa, bohem. mjza, mjzka), *Nyomorék*, *nyomorúlt*, (nyeborák, bohem. nebožátko), *Sajnálni*, (šanowati, schonen), *Tajték*, (slav. tajtyjk), *Tzudar*, (a cudjm, boh. cydjm, necudar, necudný), *Vakolni*, (Wacke), *Válni*, (vale), *Váltani*, (walten), *Vétek*, (vitium, slav. wýtek, wýtka, boh. weytka, crimen, wýstupek, delictum, etc. etc. — —

Editor Lectori S. P. D.

Opus hocce posthumum, ut ex Praefatione ipsius Auctoris patet, stricte philologicum esse, facile perspiciet attentus Lector. Paratum vero exstitit iam ante annos decem, Censurae quoque subiectum exhibente D. p. d. Ioanne Mathia Trattner. Hic tamen Auctoris mentem assequi vel noluit, vel non potuit, atque cum impressione operis cunctabatur primo, dein a proposito hocce penitus recedens, Manuscriptum Auctori restituit. Auctor ipse sumtibus destitutus, opus suum typis vulgare non poterat, atque anno 1818. die 25. Februarii vitam cum morte commutavit. Post eius mortem MS. doctorum Virorum versabatur manibus, iter quasi doctum perficiendo, donec ad manus Auctoris filii rediret, qui et peritorum Virorum iudicio usus, et Maecenatum auxilio adiutus, illud typis admovit. —

Neoplantae, die 7ma Septembris 1825.

Elenchus
Vocabulorum Europaeorum, cumprimis Slavicorum, Magyarici usus.

A.

Abárlok vel *abárlom*, hocce vocabulum ab *Abá*, Rege Hungarorum crudeli, qui homines veru suffixit, posse deduci, (vide Grammat. Debrec. p. 300.) cum omnibus, qui et Magyaricam et Slavicam linguam cognitam habent atque compertam, vehementer dubito, sustineoque potius asseverare, *abárlom* esse slavicae originis, formatumque esse ex verbo *obařjm*, durative *obařugi*, vulgo *obárám*, quo et Poloni et Illyrii utuntur. Radix eius est *wr*, naturalis sonus aquae ferventis, ex qua factum est *wru*, ferveo, et *war*, *wařjm*, facio ut ferveat, coquo, et compositum cum particula inseparabili *ob*, de, circum, *obwařjm*, decoquo; sed Slavi, exmisso *w*, dicunt *obařjm*, durative *obárám*, quod in aliis quoque facere solent, e. g. *obaljm*, *oběsým*, *obrátjm*, loco *obwaljm*, *obwěsým*, *obwrátjm*, et *oblak*, *obogek*, *obrtljk*, loco *obwlak*, *obwogek*, *obwrtljk*, et in pluribus. — Russi quidem et Bohemi, quantum scio, retinuerunt *w*, et dicunt *obwařiti*, *obwařowati*, russ. *obwariwať*; habent

A tamen

tamen etiam *opařjm*, loco *obařjm*, i. e. 1) aqua ferventi perfundo, nimio calore aquae vel alterius liquoris laedo, verbrühen; 2) aqua fervida tollo et purgo, e. g. pilos porci, vel plumas avis, vel pedes bovis, vaccae, vituli, porci, etc. (pro gelato vel coagulo) abbrühen; 3) intestina porcorum, etc. modicum decoquo, (ut aliquo tempore facilius conservari possint ad assandum) e. g. apexabones, tomacula, lucanicas, abkochen, absieden. — Illa aqua, in qua similia decoquuntur, vocatur *obař*, iusculum autem ex ea paratum, *obařowá poléwka*, quasi *abárleves.* —

Nota. Páriz Pápai in Dict. Hung. Lat. quemadmodum non omnes significatus verbi *abárlani* exhausit, ita neque sensum verbi *obárati* assecutus est; iam Spect. et Clar. D. Márton in suo praestantissimo *Lexico*, *Magyar Német*, *és Német Magyar Szókönyv*, plura habet, inprimis in Praefatione ad secundam partem Germ. Magy. sub finem, ubi asserit, Transdanubianos Magyaros, etsi raro utantur voce *abárlás*, tunc tamen eadem uti, cum aut porci pedes aut anseris intestina et minutas particulas decoquunt, „*mikor*, inquit, *vagy disznó lábat*, *vagy* „*lúd aprólékot főznek*, *'s a' t. és ezt a' felforrás* „*után megtisztogatják.*" Spero autem, Virum Doctissimum et Lexicographum pereximium, in suo *Lexico Grammatico*, methodo *Adelungii* adornando, plura additurum esse, cum iam nunc scire possit, vocabulum *abárl* vel *abárol* non esse primitivum, neque esse genuinae magyaricae, sed potius slavicae originis. Ex *obarjm*, *obárám*, ut supra fecerunt nostri Magyari primum *obárom*, et postea *abárlom*, *abárlás*, cet. quae plerisque in partibus Hungariae, uti mihi innotuit, plane eundem inter Magyaros nostros habent significatum, quem apud Slavos *obárám*, *obáránj*, cet. et apud Germanos abbrühen. —

Abajdótz, promiscuum, gemischt; 2) Subst. frumentum mixtum, Mischkorn, Mischgetreide. Istud or-

ortum ducit a Slavico *obadwa*, ambo, utrumque, ex quo Slavi, uti solent, fecerunt *obadwogec*, i. e. frumentum mixtum utrumque simul, e. g. secale et triticum, similia. — Ex *oba* fecerunt nostri *aba*,* et ex *dvojetz dótz*, ubi literae *w* et *e* exmissae sunt, *j* vero transpositum in medium, sic exstitit *Abajdótz*. Eiusmodi abbreviationes apud nostros Magyaros, cum ex peregrinis vocibus suas efformare volunt, usitatissimas esse, ex variis nominibus tum propriis tum etiam appellativis patet, e. g. ex *Bukowec* fecerunt Bukótz, ex *Miškowec* Miskóltz, ex *Trnowec* Tarnótz, ex *Wrbowce* Varbótz vel Verbótz, ex *Žernowice* Zsarnótz, — sic etiam ex *lawica* lótza, ex *pigawica* piótza, ex *piwnice* pintze, similia.

Abétze, das Abc, est Europaeum *Abc*, slav. *Abeceda*, et *Abétzéskönyv* est *abecednj knižka*, et *Abétzéstábla*, *abecedaria tabula*. —

Nota. Literas, quibus utimur, esse Europaeas, easque Latinas, nemo dubitabit; sed, an Maiores Magyarorum proprias olim habuerint literas, et quales illae fuerint, nemo facile decernere poterit: quia nulla supersunt monumenta, et si quae hic vel ibi superesse perhibeantur, permultis dubiis sunt implicata atque obscuritatibus. Quidam perhibent Metteum, Hunnorum Principem, literas scripsisse ad Sinas; alii hariolantur, eum sine dubio Sinice scripsisse. Scythas Heroum suorum res gestas literis consignasse, plerique statuunt; sed qualibus literis usi sint, nemo hucusque demonstravit. Attilam Graecos scribas habuisse, plerique nostratium affirmant. — Traditionem autem illam de antiquis literis Hunno-Scythicis, quae apud Siculos in Transylvania sunt, viri Doctissimi pro figmento aevi posterioris agnoscunt. Vide inter alios R. I. N. Révay Gram. Hung. Vol. 1. p. 126. seqq. et Soc. Debr. Magyar Gramm. §. 1. Etiamsi autem Rev. Révay Simonem de Keza, et alios, qui

hasce literas slavicis, nempe Cyrillianis, similes esse dixerunt, affirmet, haud recte locutos esse; ego tamen etiam eiusdem sum sententiae, eas revera esse slavicas Cyrillianas, quibus Russi, Bulgari, Servii, (Sorabi, Srbi), Rasciani, alii, imo etiam Walachi, utuntur; et etiamsi pleraeque earum tam male et praepostere sint pictae, ut vix agnoscantur, eo tamen non obstante, ego etiam in illis, quomodocunque pictis, quae sunt in Gram. R. Révay Tab. II. p. 146. quandam invenio similitudinem, maiorem sine dubio inventurus, si eas in templo S. Nicolai apud Siculos legere possem: prima enim litera *a* similis est primae literae slav. *az;* secunda etiam non multum differt a *buky;* quarta vero *ts* similis est literae *tscherw* et quinta habet duas lineas ex *dobro*, deficiente tertia; *e* est transverse pictum, secus simile esset literae *jest; f* etiam refert similitudinem *phert*, (fert), tantum quod loco lineae perpendicularis habeat in medio crucem; *g* etiam satis bene referret formam literae *glagol*, tantum erectius esset pictum, et brevi illa lineola in medio careret; *i* etiam bene refert formam lit. *iže* vel simplicis *i*, *jod* pariter; *l* bene est pictum uti lit. *ludi*, tantum duae illae lineolae in medio sunt superfluae; *r* etiam non multum differt a lit. *rczy*, tantum si superius clausum esset; *ž* seu *zs* simile est lit. *živiete*, deficiente tamen inferius linea circumflexa, et sic porro, reliquae aut male sunt pictae aut confusae, seu una pro altera positae, e. g. *b* etiamsi non multum differat a *buki*, accuratam tamen formam habet literae *chér; tz* non est simile literae *czy*, magis literae *zemla* dictae; *d* magis refert formam hebr. *daleth*, quam slav: *dobro; k* melius convenit cum lit. *on*, quam cum *kako; k* autem finale ita est pictum, uti lit. *násch; r* initiale accurate ita est pictum, uti lit. *kako*, *s* autem est genuinum *ludi*, et *t* genuina *yžicza*, seu *y; v* vero est litera *mislete*, aut *m*, quod cuilibet evidens, perspicuumque esse poterit. Hinc clare patet, literas illas non esse antiquas Scythicas, sed potius antiquas Slavicas, Cyrillianas, male tamen pictas, quas Socii, qui ediderunt Gram. Debr. non male nominant Russicas, P. I. §. 1. (a) quia iisdem inter alios, ut superius monui, etiam

Russi

Russi utuntur. Si Scythicae essent, deberent esse orientales, quae convenirent cum hebraicis, syriacis, arabicis, vel similibus, et a dextra versus sinistram legerentur: ergo non *abc*, sed *aleph*, *beth*, *gimmel*, aut similes. Slaveni suas proprias Cyrillianas literas non nominant *abc*, uti Latini vel Germani, neque *alphabetum*, uti Graeci, verum *azbuka*, a primis duabus literis *az* et *buki*; illi autem, qui a Latinis et Germanis acceperunt literas, ut sunt Bohemi, Poloni, Croatae, cet. nominant *abeceda*. Et ab istis Slavis, nostri Magyari acceperunt literas cum Religione Christiana, quod ex antiquis patet monumentis, vide I. N. Révay Antiqu. Lit. Hung. Ipsa prima Grammatica Magy. talibus literis est scripta, qualibus hucdum Germani et Slavi Bohemi utuntur, vide Magyar Régis. és Ritkas. Kazintzy.

Ablak, fenestra, est slav. *oblok*, quod et Illyrii habent, formatum est autem ex *oblý*, teres, länglichrund, quia eiusmodi fenestras Slavi antiquitus habebant et plerique hucdum habent. Inde est etiam *oblauk*, (l. oblouk), Bogen, alles, was bogenförmig gebaut ist, uti sunt nonnullae fenestrae. Sic etiam *Ablakráma*, ex *oblok* et *rám*, germ. Rahmen; *Ablak a' ház sendelyezetin*, ex *oblok*, Haus, Schindel; et *Ablaktsináló*, ex *činjm*, facio.

Abrak, pabulum, Futter, est ex slav. *obrok*, quod compositum est ex particula *ob*, de, et *rok*, das Gesagte, Bestimmte, aliquid constituti, determinati, a verbo *řku*, dico: *obrok* itaque proprie significat partem pabuli dictam, i. e. constitutam, determinatam. Inde *Abrakolni* est *obročiti*, *obrok dáti*, et *abraklás*, *abrakolas*, *obročenj*; *Abrakostarisznya* et *abraktzipó*, vide sub T. *Tarisznya* et *Tzipó*.

Abráz, *abrázat*, imago, effigies, facies, cet. in omnibus slavicis dialectis est *obraz*, compositum

ex

ex particula *ob* et nomine *raz* vel *ráz*, Gepräge, ex quo nostri Magyari, mutato *o* in *a*, formarunt *Abráz*, et adiecta syllaba *at*, *abrázat*. Inde *abrázni*, *abrázolni*, *obrazyti*, *wyobrazyti*, effingere, formare, cet.

Abronts est etiam ex genuina sławica voce factum, quam omnes Slavi, Russi, Illyrii, Croatae, Bohemi, Moravi et ceteri exprimunt *obruč*, (l. obruts), tantum ipsi Poloni *obržencz*, vel uti olim Sarmatae *obronts*, Reif, Faßreif, circulus vietorum, vasis ligneis vinciendis serviens. — Inde *abrontsozni* ita formatum est, uti ex *pipa pipázni*, aut ex *agár agarászni*. —

Abrosz, mappa, stragulum mensae, etiam est slavicum, in Hungaria, Moravia, Polonia, cet. *obrusz*, in Illyrico et Bohemia *obrusz* et *ubrusz* dimin. *obrausek*, (l. obrouszek), nuncupatum.

Abrud-Bánya, slav. *Obrudna Baňa*, civitas in Transylvania, Groß-Schlatten, Auraria. Denominatio *Abrud* — sortita est a slav. *ruda*, i. e. metallum, minera, et *Bánya* a slav. *baňa* vel *báňa*, (l. bánya), quod inter alia metallifodinam significat, vide *Bánya*. — Qui *Avrud-Bánya* scribere małunt, illi derivant ab *auro*; sed res ad idem redit, etsi melius conveniat derivatio a *ruda*, ut sic minerae aut metalli fodinam significet.

Nota. Ante adventum Magyarorum, Walachorum et Saxonum, Slavos in Dacia habitavisse, et metallifodinas coluisse, si nulla alia essent monumenta historica, vel ex ipsis slavicis locorum denominationibus, quales plures hucdum dantur in Transylvania, haud obscure concludi poterit. Auraria enim ab auro dicta, Germanis est Schlatten, cum tamen aurum sit Gold, non Schlatto; sed slavice est *zlato*, russice *zoloto*. Ex *zlato* Slavi fecerunt *Zlatna*, i. e.

Aura-

Auraria, et ex *Zlatna* Germani Schlatten, et ex *malá Zlatna*, fecerunt kleine Schlatten, Auraria parva, quae hucdum nominatur *Zlatna*, russ, *Zolotna*, magyarice olim etiam *Zolotna*, nunc *Zalatna;* sed aliqui, originem vocis non intelligentes, perperam scribunt *Zalakna.* — Sic etiam *Bistricia, Branvitska, Dobrá, Kovaszna, Rudná, Szeben*, i. e, *Sabjn* vel *Sabjnow*, *Torda*, i. e. *Twrdá*, *Zagon*, *Zabola*, et aliae denominationes, in Transylvania hucdum sunt slavicae. Huc referamus etiam *Tótfalu*, Castrum S. Michaëlis, in Comitatu Albajuliensi, quod apprime monstrat, Slavos ibidem habitavisse.

Abrut vel *Abruta*, Stabwurz, formatum est ex Lat. *abrotanum.*

Aczél, ex slav. *ocel*, vide *Atzél.*

Adáz, aliis *adázó bürök*, kleiner Schierling, ex *Aethusa* Cynapium.

Adjutáns, *Admirális*, *Áer*, die Luft, europaea esse, nemo non videt.

Afrodita, est ipsa vox *Aphrodita.*

Agár, vertagus, Windspiel, est ex slav. *ogar*, *ohar*, illyr. et russ. *ogar*, bohem. *wohař*. Inde *agarászni*, mit Windspielen jagen.

Agenda et *Agens*, sunt pura latina vocabula.

Ágost est August, *Augustus;* *Ágoston* autem Augustin, *Augustinus.*

Ágyú, *mozsárágyú*, bombarda, mortarium, tormentum, esse voces in Europa formatas, sciunt omnes, quibus notum est, quam pridem pulvis pyrius et igniferae bombardae in usu sint; an vero Magyari suum *ágyú* ex slav. *dělo*, quod idem significat, vel potius ex ipso bombo seu sono, quem tormentum edit, formaverint, disquirant alii; *mozsár* tamen esse slavicae originis vel germanicae, non dubito, quod vide sub *M.*

Akánt

Akánt est *acanthus; Akász* vero vel *Akászfa* ex *Acacia* formatum.

Akavita ex *aqua vitae*, ex quo etiam germ. Aquavit, Lebenswasser.

Akna, formatum est ex slav. *okno*, mutato utrobique *o* in *a*; significat vero *okno* apud plerasque gentes slavicae originis, 1) quodcunque orificium, e. g. os fodinae, dolii, aliorum; 2) fenestram, quae quasi oculus (oko) est in aedificio, et dicitur etiam *oblok*, vide *ablak*.

Akó, ex slav. *okow*, a verbo *kowati*, cudere, et *okowati*, quasi circumcudere, i. e. circulis ferreis munire et firmare: quia ita munitum, et firmatum est illud vas, quod dicitur *okow*, *akó*, et significat 1) vas aquarium, situlam, Schöpfeimer; 2) modiolum, urnam, amphoram, Eimer; et in utroque significatu vocatur etiam *wědro*, vide *veder* et *vödör*; sed si ligneis tantum circulis firmatum est vas aquarium, et una manu facile portari potest, vocatur *ročka*, vide *rotska*, et *wědérce*, *wěderko*, *vedretske*.

Akol, Páriz Pápai habet caula, bostar, bovile, ovile, Stall, Kühstall, Schafstall; sed meo quidem iudicio, non est proprie sic dictum stabulum, verum locus circumseptus, (*okolo ohrazene*), claudendo pecori serviens, jeder umzäunte Raum fürs Vieh: nam eiusmodi circumseptus locus vocatur slavice *okol*, vulgo etiam *akol* et *akow*, bohem. *okolek*, ex praep. *okolo*, circum; quamvis *okol* et *okolek*, ex quo *akol* formatum esse nullus dubito, varios habeat significatus, et quidem: 1) peripheria, Umkreis; 2) ambitus, circuitus, Umfang; 3) area lunae, halo, der Hof

um

um den Mond; et 4) locus circumseptus, claudendo pecori serviens.

Akona, vide *Akna*. *Akózni*, ex *akó*, uti ex *Agár*, *agarászni*.

Alabárt, ex germ. Hellebarthe, aut ex slav. *Halapartna*.

Alabastrom, ex graeco ἀλαβαςρον, et

Alagya ex *Elegia* formatum.

Alamisna, aliis *alamizsna*, slav. *alamožna*, *almužna*, germ. Almosen, lat. eleemosyna, ex graeco ἐλεημοσυνη, significat proprie misericordiam, sed per metonymiam plerumque liberalitatem erga pauperes.

Alatság, aliis *alattság*, funis nauticus, quo navis trahitur, Schleppseil, Ziehseil, factum est ex slav. *wlačák*, (l. vlatsák), a verbo *wleku*, *wleču*, frequ. *wláčjm*, schleppen, ziehen, trahere.

Alkekengi, *alkermes*, *almáriom*, *amaránt*, *amarillis*, *ambra*, *ampolna*, *anandász*, *angolna*, *anis*, *anterik*, et similia, sunt partim ex recentioribus in libros receptis, partim ex antiquioribus Latinis vocabulis formata.

Angyal, etiam Slavi in nomine Angeli habent molle *d'*, i. e. gy, *anďel*, (l. angyel), stylo tamen sublimiori *angel*, ex graeco Ἀγγελος. Sic etiam *Angyélika*, slav. *anďelika*, et *angelika*, *angelička*, ex *angelica*, Linn.

Angyina, est ex lat. *angina*, et

Ánslog, ex germ. Einschlag.

Antikrisztus, *Antichristus*, ex graeco Ἀντιχριςος.

Apadás, *apadok*, est ex slav. *opadám*, cuius primitivum est *pád*, casus, lapsus, Fall, inde *padám*, cado, et compositum cum praep. *o* de, *opadám*, decido, decresco, delabor, minuor,

ab-

abfallen, abnehmen, vermindert werden, ex quo mutato initiali *o* in *a*, et addita terminatione magyarica, facile formarunt *apadás*, *apadok*, et reliqua, quae inde proveniunt.

Apadék, bene convenit cum slavico *aupadek*, *opadek*, idemque significat, nempe 1) i. q. *apadás*, 2) i. q. decidit, uti sunt poma, pruna cadiva, das abgefallene Obst, padané vel opadané owoce, pádel, opádel, opadalky. Sic etiam

Apály, convenit cum slav. *opádel*, et cum germ. Abfall, idemque significat. —

Apárka, recens vocabulum, formatum ex *Apargia.*

Apát, *Appát*, et *Apátur*. — *Úr* posteriori vocabulo adnexum, est genuinum magyaricum; sed *Apát*, rectius *Appát*, est origine Syriacum, ex *Abba*, i. e. pater, factum, quae vox per versionem Novi Testamenti ab orientalibus ad occidentales pervenit nationes, ex qua primum Latini fecerunt suum *Abbas*, ex hoc postea Itali *Abbate*, aliae nationes *Abbad*, *Abbod*, *Abbot*, Germani Abt, Slavi, Bohemi et Poloni *Opát;* Illyrii et alii *Oppát;* sed Russi *Abbat.* — Nostri autem Magyari, sacris Christianis a Slavis susceptis, quia S. Adalbertus, (slav. S. Wogtêch), Slavus Bohemus, Stephanum S. baptizavit, et in Christiana religione educavit, — etiam hocce nomen dignitatis, absque dubio, ab iisdem Slavis acceperunt: nam neque *Abbás* dicunt, neque *Abbat*, sed uti Slavi *Opát* vel *Oppát*, tantum quod *o* in *a* mutaverint, et ex *Opát Apát* fecerint, eique cum tempore, reverentiae gratia, etiam *Úr* Magyaricum addiderint.

Nota. Ex hac vera et genuina deductione *Appát* ex *Oppát*, confutari poterit ingeniosa Otrokotsii nostri opi-

opinio, qui in Orig. Hung. P. I. p. 386. seq. de Graecorum *Apaturiis* asserit, vocem hanc esse magyaricae originis, et Graecos eam ex voce *Apátúr* formavisse. *Apátúr* autem is, non male quidem, ab *Apa* deducit, quatenus *Apa* a Syriaco *Abba* derivandum est; sed ex *Apád-úr*, vel plenius *Apád-urad*, mutato *d* in *t*, *Apát-úr* factum esse, quis credere poterit? Nonne melior est deductio ex *Opát* vel *Oppát* slavico? Nam quem, quaeso, latebit, Magyaros nostros, priusquam Christo nomen dedissent, nullos habuisse *Abbates*, et nomen *Appát* apud eos etiam haud exstitisse? Unde prono quasi alveo fluit, eos cum religione Christiana etiam nomen *Appát* et similia didicisse. Caeterum vocem magyaricam *apa*, quae adhuc in ore plebis et parvulorum superest, esse orientalem, eamque originis Syriacae, ex *Abba* factam, certum est; sed *Apaturia* Graecorum magyaricae esse originis, ex *Apátúr*, cum omnibus eruditis philologis negamus.

Nonnullis Hungarorum contra mentem id esse videtur, quod historici et philologi asserant, Magyaros a Slavis in Pannonia, Moravia et Dacia debellatis, multa vocabula in oeconomia, in mercatura, in militia, in politicis et in sacris accepisse, imo ipsam religionem Christianam ab iisdem suscepisse; sed cur, quaeso, quis ingenuus erubescat, veritatem et credere et fateri? Verum sane est utrumque, uti quidem prius ex permultis vocabulis origine Slavicis, quae Magyari sui usus fecerunt, et quae hocce in Elencho passim occurrunt, demonstrari poterit; posterius vero a fide dignis historicis perhibetur, qui S. Adalbertum, Slavum Bohemum, eiusque fratrem Gaudentium, Apostolos nominant Hungariae. — Non me quidem latet, praeter Slavos Bohemos et Polonos, etiam Graecos et Germanos initia religionis Christianae in Hungaria sibi vendicare; sed narrationes plerorumque hac de re multum habent obscuritatis, multisque dubiis sunt implicatae. — Tradant Germani, *Giselam*, Henrici II. Imp. sororem, Stephano Hung. Regi nuptam, marito Christianae religionis veritatem persvasisse; adseverent Poloni, *Geyzam*, S. Stephani Patrem, Miecislai I. Poloniae Ducis sororem *Adelhaidem* in

uxo-

uxorem duxisse, et ab hac ad Christi cultum perductum esse: nos, fide et auctoritate scriptorum Graecorum suffulti, Hungarorum, Germanorum, Bohemorumque Historicis in auxilium vocatis, adseverare quidem non dubitamus, *Gyulam*, Ducem Transylvaniae, medio fere saeculo X. Constantinopoli, inter Graecos, Christianis adscriptum esse, eiusque filiam *Saroltam*, *Geyzae* nuptam, maritum ad religionem a parente acceptam permovisse; eo tamen non obstante, credimus, *Saroltam* parum vel nihil profecturam fuisse, nisi *Adalbertus*, Archiepiscopus Pragensis, Slavus Bohemus, sub saeculi X. exitum, *Geyzam* nutantem et ad relictam avitam superstitionem redire volentem, apostolico conatu a defectione retraxisset, qui postea etiam filium eius, *Stephanum* nempe S. imo etiam *Emericum*, *Stephani* filium, sacro fonte lustravit. De qua veritate historica is tantum dubitat, qui omnium bonorum Scriptorum fidem et auctoritatem vult labefactare. Et inde coniectu facile est, unde factum sit, Magyaros nostros varias denominationes ecclesiasticas, e. g. baptismi, crucis, camisiae, chori, altaris, christiani, confirmationis, et similium, quae in hocce Elencho suis in locis passim occurrunt, non directe a Latinis, eo minus a Graecis, verum proxime a Slavis accepisse: quia S. Adalbertus eiusque frater Gaudentius, (slav. Radim), ad Magyaros in religione Christiana instituendos, linguae suae homines ex Moravia et Bohemia, tanquam iam inde a medio fere saeculo IX. Christianos, evocarunt, et pio Regi Stephano S. sine dubio, ut tales evocaret, svaserunt. Ex monasterio Benedictinorum Brevnoviensi in Bohemia plurimos evocatos fuisse viros doctos et idoneos, historia docet, inter quos eminent: *Astricus* seu *Anastasius*, qui vocatus cum pluribus sociis eiusdem Instituti Monachis comparuit, et post multos, eosque graviores labores, primus Colocensis A. Episcopus per S. Stephanum creatus est; *Sebastianus*, quem S. Stephanus primum Strigoniensis Ecclesiae Archiepiscopum nominavit, anno Chr. 1000; *Buldus*, Episcopus Agriensis, et *Beztertus*, Episcopus Nitriensis, cet. Neque *S. Adalbertus* solus venit in Hungariam, scimus enim, teste histo-

historia, praeter Fratrem Gaudentium etiam alios viros cum eo laboravisse, uti sunt. e. g. Benedictus et Ioannes, Monachi, anno 1000 martyrio affecti, et alii. Isti autem, quales iam habuerunt voces ex Latinis formatas, tales teneris tunc Christi discipulis Magyaris instillarunt, e. g. ex camisia facta *kamža*, magy. etiam *kámzsa*, ex choro *chor*, *kor*, (kůr, kuor), magy. etiam *kor* postea *kar*, ex christiano *křesťan*, (l. krzesesztyan), magy. *keresztyén*, ex cruce *křest*, (l. krzseszt, sed russice tantum simpliciter kreszt), magy. *kereszt*, ex missa *mša*, *mše*, (l. mse), magy. *mise*, ex confirmatione *biřmowánj*, magy. *bérmálás*, et *biřmowati*, *bérmálni*, et plura alia.

Ápatsó, háló dorong, Netzstange, ex slav. *opačow*, *opačina*, quod quibusdam significat Netzstange, aliis Kehrruder.

Apátza, die Nonne, Aebtißinn, Abbatissa, est eiusdem cum *Apát* originis, nempe uti *Apát* ex *Opát*, ita *Apátza* ex slav. *Opática* formatum est, illyr. *oppáticza*, boh. *Opátka*. Ex *Opáticza* ita fecerunt nostri *Apátza*, uti ex *lavicza lócza*, similia.

Apellálás, *apellálom*, *aplizia*, sunt ex *appellatione* et *aplysia* facta.

Ápostol, ex Graeco *Ἀπόστολος*, Latini Apostolus, Germani Apostel, Slavi *Apoštol* fecerunt, quod plane ita pronunciant, uti Magyari *Ápostol*.

Ápotzin, *aprikálni*, est ipsum *Apocynum* et *apricari*.

Apróbojtorján, quemadmodum Germanicum Odermennig suspicor ex *Agrimonia* formatum esse, ita *apróbojtorján* ex *Eupatoria* fabricatum esse, non dubito, etiamsi tum *apró* magyaricum sit, tum etiam *bojtorján* eiusmodi videatur.

Arakits, vox recentior, ex ipso, quod significat, *Arachis*, formata.

Ara-

Aratás, *aratni*, non dubito, quin a Slavico *orati*, i. e. arare, proveniat: quia Slavi iam sub adventu Magyarorum bene ararunt, et voces *oránj*, *orba*, *orati*, non solum pro aratione in specie, verum etiam in genere pro cultura agrorum acceperunt; nostri autem Magyari, vita nomadica, cui olim erant dediti, derelicta, agriculturam adamaverunt, similesque voces a Slavis audientes, ex iisdem *aratás*, *aratni*, et reliqua, quae inde proveniunt, formaverunt, sed ad solam messem in specie applicaverunt, arationi autem novum nomen indiderunt, nempe *szántani*, *szántás*, cet. Siquidem vero nulla datur radix *szán*, quae aliquid magyarice significaret: (nam *szán*, Schlitten, est slavicum *sáně*, (l. szánye), et *szán*, condolet, *szánás*, *szándék*, cet. huc non pertinent), hinc existimo, *szántani*, *szántás*, cet. formatum esse ex antiquo slavico *sjátjá*, vel *szjátjá*, et *szjánjé*, seminatio, quibus vocibus hucdum Slavi in Hungaria, Illyrico, Polonia et Russia utuntur, in Bohemia et Moravia *setj*, *osenj*. Certe voces *szántani* et *szántás* non multum differunt a slavicis *szjáti*, *szjátjá* et *szjánjé*, idem fere significantibus: nam *szántani* est *arare*, et *szjáti*, *serere*, *seminare*.

Nota. Quod *aratni* et *orati*, *szántani* et *szjáti*, *szántás* et *szjátjá* vel *szjánjé*, apud Magyaros alium et apud Slavos alium videantur habere significatum, hoc neminem confundat: sunt enim voces, quae in eadem lingua diversum habent significatum, eo magis possunt in diversis linguis diversos habere significatus eaedem voces, e. g. Brod, panis, sumitur apud Germanos mox pro pane proprie sic dicto, mox figurate pro victu et aliis, einen um sein Brod bringen, privare aliquem pane, i. e. victu, cet. Et recte sic apud Slavos, antiqui Sarmatae annonam

seu

seu frumentum in genere vocabant *chléb*, quemadmodum Russi, et nonnulli alii Slavi hucdum vocant, non solum panem, verum etiam frumentum in genere, *chléb;* sed Slavi in Hungaria, Bohemia, Polonia, cet. tantum panem in specie *chléb nominant*, et nonunquam etiam figurate dicunt: o chléb někoho připrawiti, pane aliquem privare, i. e. victu, cet. — Et recte sic etiam Magyari genericam agriculturae denominationem *oránj*, *orba*, *orati*, solum messi in specie attribuerunt, *aratás*, *aratni;* arationi vero aliud nomen indiderunt *szántani*, *szántás*, sine dubio a slav. *szjátjá* vel *szjánie*, vide *szántás*.

Árbótz-fa, Mastbaum, formatum est ex voce Lat. *arbos.*

Árenda, die Verpachtung, ex Gallico *a' rente*, Lat. *arrenda*, slav. *árenda.*

Árestom, *arrestum*, Arrest, slav. *árrešt.*

Ária, ex Italico *aria.*

Argónauta, est ipsum *Argonauta.* *Áristom*, vide *Árestom.*

Árkangyal, est *Archangelus;* *Arkivum* autem *Archivum.*

Árkos vel *árkus papiros*, ein Bogen Papier, slav. *arch papjru*, polon. *arkuss papieru*, plagula, philyra.

Nota. Unde *árkos*, *árkus*, et pol. *árkuss*, ortum sit, hic loci disquirendum est. Ego existimo ex Lat. *arcus*, quia etiam Germani dicunt Bogen Papier, quasi *arcus papyri.* *Papyrus* vero, lat. *charta*, habet nomen ab aegyptiaca canna, *papyr* nuncupata, quam veteres ita adaptare sciverunt, ut scribere in ea potuerint: hinc omnes fere Europaei chartam nominant *papyr*, tantum Russi *Bumaga.* Magyaricum *papiros* simile est Graeco *Papyros.*

Ármáda, *ármádia*, die Armee, ex Gallico *Armée*, et istud ex Latino *arma*, *armati*, scilicet milites.

Árok

Árok, defluxus aquae vel fossatum est purum slav. *garok*, h. e. *jarý potok*, celeriter fluens amnis, imprimis verno tempore, qui deinde exsiccatur, fossamque format.

Árpa, hordeum, Gerste, factum est sine dubio ex slav. *jar*, *jaro*, i. e. ver, ex quo *jař*, *jařj*, *jařina*, *jarka* et *jarpa*, frumentum vernum.

Artida factum est ex *artedia*.

Artitsóka, cynara, Linn. Aliqui putant esse plantam exoticam, unde etiam nomen ipsius esset peregrinum, non Europaeum; sed quale nemo adhuc ostendit. Nobis sufficiat scire, plantam hanc, primum in Italia cognitam, *Carciocco* et *Articiocco* esse appellatam, indeque ad omnes nationes Europaeas manavisse eius denominationem, pronunciationi cuiuslibet gentis adoptatam, e. g. Hisp. Artichofa, Gal. Artichaud, Angl. Artichoke, Germ. Artischoke, Russ. Artischok, Slav. Boh. Illyr. Artitsok, Magy. *Artitsóka*.

Árva, non ita facile ex Graeco *orphanos*, (vid. Gram. Debr. p. 336.) quam ex Lat. orbus, *orba*, possumus deducere: parum enim differt *árva* ab *orba*, et idem significat quod orphanus, orphana, der, die Waise.

Ásitok, gähnen, simillimum est Latino *oscito*, *oscitor*, idemque significat.

Áspa, *motóla*, ex Germ. Haspel, et slav. *motallo*, *motowidlo*, alabrum, rhombus.

Áspálni, *motólálni*, ex haspeln et *motati*, ducere fila in rhombum.

Áspiskigyó, prius est Latinum, *aspis*, posterius magyaricum, *Kigyó*.

Aszag, szemet, trágya, (in kisded Szótár Baróti Szabó Dávid), formatum est ex slav. *oszog*, *oszoh*,

oszoh, lucrum, quod stercoratio agrorum, ſimo et quisquiliis, lucrum adferat hominibus. —

Aszat, gyom, hasztalan fű, Unkraut, ex slav. *oszet*, vulgo *oszot*, idem russ. et polon. *oszet*, Diſtel, carduus.

Asztag, est etiam origine slavicum, illyr. pol. et russ. *sztog*, boh. *stoh*, acervus, Schober. Nostri Magyari, apposito ab initio *a*, fecerunt *asztog*, postea *asztag*.

Asztal, pari ratione ex slav. *sztol*, boh. *stul*, mensa, Tiſch; et *Asztalnok*, Speiſemeiſter, ex *Stolnjk;* et *Asztalos*, Tiſchler, ex *Stolář*, cet.

Nota. Magyari, non amantes concursum consonarum ab initio vocis, semper vocalem aut praeponunt, aut intermiscent consonantibus literis, cum ex peregrina voce, quae plures habet ab initio consonas, suam facere volunt, sic e. g. ex *sztog* fecerunt *asztag*, ex *sztol*, *asztal;* ex *škola*, *iskola* vel *oskola;* ex *křesťan*, *keresztyén*, et similia.

Atlatz, pannus *attalicus*, germ. et slav. *Atlas.*

Atratzél, anchusa, ex slav. *gutrocel*, boh. *gitrocel*, quod compositum est ex *gitro* mature, et *celiti* sanare, integrare, solidare, vi vocis itaque significat herbam mature vel cito celeriterque sanantem, quae a quibusdàm Slavis idcirco vocatur *skorocel*, i. e. cito sanans: nam *gitro* vel *gutro* idem est, quod apud Germ. früh, i. e. 1) morgens, mane; 2) zeitig, ſchleunig, slav. skoro, boh. brzo, mature, cito, celeriter; et *celiti* derivatur a *celý*, ganz, integer, solidus, significatque integrare, solidare et sanare. Nostri ex *gitro* fecerunt *atro*, postea *atra*, et ex *cel tzél*, sic formatum est *Atratzél.*

Atzél, chalybs, ex slav. *ocel*, quod compositum est ex praep. *o* de, et verbo *celiti*, solidare, sic esset desolidare, et significat consolidatum, scilicet ferrum; non est enim dubium, Slavos iam sub adventu Magyarorum metallifodinas coluisse, et chalybem e ferro paravisse, quam actionem nominant *celenj*, et productum inde *ocel*, ex quo Magyari fecerunt *Atzél*.

Austriga, *ostrea* edulis, vide *Ostriga*.

Avatni, *béavatni*, convenit cum slav. *vwáděti*, *vwoditi*, introducere.

Azál, formatum est ex vocabulo, quod significat, *Azalea*.

Azoch, i. e. hasznos orvosság, est slavicum *osoh*, inde *osožiti*, prodesse. Slavi aliquid loco medicinae petentes dicunt: *na osoh*, i. e. ut prosit.

Azsag, piszkáló vagy hadarázó fa a' sütő kementzében, Ofenstange, pertica fornacalis, est ex slav. *ožeg*, *ožeh*, formatum, quod derivatur a verbo žhu, žhnu, incendo. Et

Azsag-pemete, ex *ožeg* et *pometlo* a verbo *metu*, quod vide sub *P.* in *Pemet*, *Pemete*. —

B.

Bab, Bohne, et *babó*, Vogelerbse, convenit quidem cum lat. *faba*, sed longe magis cum slav. *bob*, faba, ex quo factum est *bab*, et recenter *babó*, uti et dim. *babotska*, *bobeček*, vulgo *bobočok*, Gen. *bobočka* (l. bobotska).

Báb, *bábotska*, pupa, pupula, pupus, pupulus, Puppe, slav. *bábka*, *bábika*, *bábečka*, vulgo *bábotska*, in gen. foem. aut *bábo*, *bábko*, *bábečko*,

vulgo

vulgo *bábotsko* in neutro gen. Quibus vocabulis ita utuntur Slavi, uti Latini pupa, pupula, cet. et Germani Puppe, Püppchen, nempe: 1) de infantibus parvulis, fasciis atque pulvinaribus involutis; 2) de pupis et oscillis, ad formam humanam, pro lusu parvulorum, maxime parvarum puellarum, paratis, quae a plerisque Slavis appellantur, ut supra; habent tamen etiam alia peculiaria nomina, e. g. panny, lautky, similia.

Bába est etiam purum putum slavicum, omnibus slavicae originis gentibus commune et usitatissimum, significatque 1) anum, vetulam, altes Weib; 2) aviam, Großmutter; 3) obstetricem, Hebamme, Wehemutter; 4) laganum, speciem placentae, *bábakaláts*.

Nota. Bohemi, maxima ex parte, primam syllabam producunt, uti Magyari *bába*, in diminutivis tamen corripiunt, *babka*, *babička*; sed Slavi in Hungaria, Poloni, Russi, et reliqui, utramque corripiunt.

Babér, bacca lauri, laurus, Lorbeer, videtur formatum esse, uti *bab*, ex slav. *bobek*, quo et Bohemi, Poloni, Illyriique utuntur, tantum quod syllaba *ek* mutata sit in *ér*, forte ex Lorbeer.

Babiruszsza est ipsum vocabulum *Babirussa*, Hirschéber, gehörntes Schwein.

Babka, obolus, teruncius, Pfennig, Häller, est vox pura slavica. Nemám ani *babky* aut dim. ani *babečky*, egy *babkám* sints, ich habe keinen Pfennig, nec obolum quidem habeo. Vide *Batka*.

Babona, superstitio, commode derivatur a slav. *baba*, anus, vetula, quia significat anilitatem seu aniles nugas et superstitiones, diciturque etiam Slavis Panoniis *babona*, *bobona*, Polonis *bobon*, *zabobon*, Bohemis et Moravis *pobona*,

 po-

poboňka, et homo superstitiosus *babonář*, *bobonář*, *pobonář*, *poboňkář*, i. e. *babonás*, abergläubisch.

Babrálni, est slav. *babrati*, *paprati*, quod etiam *piplati* dicitur; sed per krabbeln, frico, non potest verti, eo minus per kriebeln; commodius per wühlen, stören, fodicare; optime tamen per betasten, contrectare, auf eine unanständige Art oft angreifen und antasten, indecore et inhoneste saepius contrectare, e. g. *Ezech.* 23, 3. *ott rontották meg az ö szüzességeknek emlöit*, vox hebraica, quam Magyarus reddidit per *rontották meg*, in antiqua versione latina stat *fractae sunt* scilicet mammae, in germ. Luth. vers. ließen sie betasten, in slav. *opiplány sau*, i. e. ubabrány, upýskány sau, *megbabráltattak*, *megpiszkoltattak*, ergo non fractae sunt, sed indecore et inhoneste contrectatae. — Vide etiam *Piszkálni.*

Bagazia, ex Bagasieleinwand, et *Bagázsia*, ex *Bagage* facta sunt.

Baj, certamen, lucta, pugna, est ex slav. *bog* (l. boj), quod apud Bohemos, Croatas, Illyrios, Russos, Polonosque in usu est, et dicitur etiam *bitka* et *bitwa*, utrumque autem et *boj* et *bitka* descendit a verbo *bigi*, ferio, percutio, infin. *bjti*, indeque etiam

Bajnok, slav. *bojnjk*, boh. *bojovnjk*, russ. *bojetz*, inde etiam *boják*, *wogák*, miles, et *bojna*, *wogna*, bellum.

Nota 1. Dicet quispiam: quomodo natio Magyarica bellicosissima, a Slavica, magis laboriosa, quam bellicosa, nomen pugnae *baj*, et pugnatoris *bajnok*, accipere potuisset? Resp. a) Slavi etiam pugnarunt, ubi debuerunt, et pugnant hucdum; b) *Boj*, ex quo factum est *baj*, uti ex *bob bab*, non solum apud Slavos Panonios, verum etiam apud Bohemos, Polo-

Polonos, Russos, Croatas, Illyrios, etc. in usu est: ergo est vox origine slavica una cum *Bajnok*, sed iam non tantum slavici, verum etiam magyarici usus. — Vid. Gram. Debr. p. 351. Nro 5. — c) Quia bene et accurate derivatur a verbo *bigi*, ferio, percutio. —

2. Neminem confundat derivatio vocis *bog* (boj) a *bigi* vel *biju*, est enim certe bona, et Slavi similes derivationes, quae primo obtutu anomalae viderentur, in pluribus aliis vocabulis producere possunt, e. g. *brod* vadum, a *bředu* vado, *plot* sepes, a *pletu* plecto, *plt* ratis, a *plugi* vel *plynu* nato, *skok* saltus, a *skáči* salio, *wůz* currus, a *wezu* veho, *zrak* visus, a *zřjm* cerno, sic etiam *boj* a *biju*, (*bog* a *bigi*). Neque terminatio *nok* in *Bajnok* confundat quempiam, quod sit ex *njk* facta, cum Slavi dicant *bojnjk*, *zbojnjk*, *bojovnjk*: hoc enim Magyari fecerunt etiam in aliis, e. g. ex *Dwornjk* fecerunt *Udvarnok*, ex *Stolnjk Asztalnok*, ex *Kanownjk Kanonok*, etc.

Bajusz, mystax, Knebelbart, Russi habent sine dubio antiquissimam sarmaticam radicem istius vocis, nempe *uszi*, *juszi*, ex qua aliae gentes slavicae varia formarunt vocabula, e. g. *bauszi*, *bajuszi*, *fauszi*, Bohemi praeter *fauszi*, dicunt etiam *fřňausy*, *wolausy*, et Poloni *wionszi*. —

Bak, est ex germ. Bock, et

Bakarits ex *bacharis* formatum.

Bakter est ex germ. Wachter, mutato *W* in *B*, et *ch* in *k*, uti Magyari solent, e. g. ex wer da? fecerunt *berdó?* et quia *ch* seu graecum *X chi* in magyaricis vocibus non datur, sic peregrinas voces cum *ch* accipiendo, *ch* mutant in *k*, uti ex Chor fecerunt *Kar*, aut in *h*, uti ex Kelch *Kelh*, et sic etiam ex Wachter *Bakter*.

Bál, sive sumatur pro solenni saltatione, Ball, sive pro fasce vel fasciculo, Ballen, semper est Europaeum: nam in priori significatu Germani,

Galli

Galli, Itali habent *Bal*, *Báll*, Slavi *bál*, imo et Graeci *βαλλίζειν*, saltare, in posteriori autem Germani Ballen, Angli *Bail* et *Bale*, Itali *Balla*, Dani *Ball*, Slavi *bal* et *baljk.* —

Balaton, lacus Balatinus, palus Bolotea, Volocea, Volcea, Blattensee, est certe slavicae originis: nam *blato* est lutum, et palus, boh. *bláto*, russ. *boloto*, sicuti olim Sarmatae et Slavi Panonii ita videntur dixisse, et hunc lacum *Bolotoň* adpellavisse, quia Romani ex *Bolotoň* primum formarunt *Bolotea*, postea *Volocea* et *Volcea* palus; Germani vero ex *Blatoň*, uti nunc dicitur, Blattensee, et, quia in pronunciatione saepe B cum P confundunt, ideo scribunt aliqui Plattensee; sed Blattensee est rectius, secundum originem vocis a *blato.* Nostri Magyari aut ex *Bolotoň*, mutato *o* in *a*, aut ex *Blatoň*, interposita duabus consonantibus initialibus vocali *a*, formarunt *Balaton.*

Báldrián, Germani et quidam Slavi etiam dicunt Baldrian, ex *Valeriana.*

Baléna, est latinum *balaena*;

Balét est Ballet; et

Baléta vel usitatius *Paléta*, formatum ex Billet.

Balgatag, baldus, stolidus, sine dubio formatum est ex slav. *blagutok*, boh. *blahautek*, stolidus, cui nempe nolumus dicere blázen, blázon, stultus, dicimus ei *blahautek*, aut blaznjček, stultulus.

Balha, *bolha*, pulex, Floh, ex slav. *blha*, *blcha*, boh. *blecha*, pol. *bchla*, russ. *blocha*, illyr. *buha* (loco *blha*), ex quo *bolha.*

Balin et *Balsam*, esse ex *balaena* et *balsamo* factas voces, nemo non videt; etiamsi *balsami* denominatio ab orientalibus sit repetenda, nempe ab arabico eius nomine *Balessan*, vel *Balsan.*

Bal-

Ballás, balasus, balesius lapis, nomen quidem suum a regno *Balassia*, in India orientali, nactus est; nostri tamen proxime a Germ. Ballas accepere.

Balta, *szekertze*, securicula, utraque vox est slavica. Prior convenit quidem, quoad primam syllabam, cum germ. Beil; sed Slavi in Hungaria, Croatia, Illyrico, cet. sic uti Magyari dicunt *balta*, aliqui crassiori ore *bauta*, unde concludere licet, vocem hanc non esse originis magyaricae, eo minus turcicae, (vid. Gram. Debr. p. 334.) verum Magyaros a Slavis Panoniis et Illyriis, Turcas vero a Bosnis vel Bulgaris eam accepisse: posterior *szekertze* est *sekerka*, Dat. *sekerce* (l. szekertze), a verbo *sekám*, seco.

Bálvány, idolum, est ex slav. *blwoň*, *bliwoň*, nonullis etiam *bolwáň*, polon. *balvan*, russ. *bolvan*, descendit a verbo *blwati*, boh. bljti, bljwati, vomere, significatque 1) hominem nauci, turpem, sputo atque vomitu contaminatum, hinc est nomen convicii et ignominiae, uti apud Germ. Kloß, Tölpel; 2) idolum, sive pro ipso numine ficto, sive pro eius imagine, id quod valde bene quadrat in idola, tanquam nomen ignominiosum, ac si essent numina sputo et vomitu vel aliis immunditiis contaminata, uti etiam in Scriptura S. *Ezech.* 14, 3. in quibusdam versionibus latinis stant *idola*, in aliis *immunditiae*, in germ. tantum Götzen, uti etiam in magy. *bálványok*, sed in slavicis *ukydanj bohowé*, seu, quod idem est, *ublwanj bohowé*, et una voce *blwoni* vel *bolwáni*, i. e. numina immundis rebus contaminata.

Bán, Banus, ex slav. *Pán*, Dominus. (Vid. Gram. Debr. p. 300.)

Ban-

Bankótzédula, est Bankozettel, cuius origo satis nota est. —

Bánom, doleo, — „ez is Tót szó,“ — etiam ista vox est slavica, dicit Gramm. Debr. p. 300.

Bánya, est slavicum, Bohemis *báně*, aliis *báňa* et dim. *baňka*, significatque 1) vas figlinum cum amplo ventre; 2) columbarium ex viminibus etiam cum amplo ventre et arctiori orificio; 3) globum in turri; 4) metallifodinam, quia illa etiam ita repraesentatur, uti illa vasa Nro 1. et 2. cum arctiori orificio et ampliori ventre. Hinc *banské město*, *bánya város*, civitas montana. Etiam hominem ventrosum nominant Slavi *baňatý* et *bachratý*, Subst. *baňáč*, *baňář*, *bachráč*, et foeminam eiusmodi *baňatá*, *bachratá*, Subst. *baňa*, unde magy. *banya*, *vén banya*, loco *stará baba*. —

Bárány, agnus, Lamm, est etiam slavicum, in omnibus dialectis nuncupatum *baran*, tantum in bohemica *beran*, dim. *beránek*, aliis *baránek*, genit. *baránka*, inde *Bárányka*, das Lämmchen.

Baraszk, *baratzk*, etiam slavicum *broskew*, boh. *broskew*, pol. *boroszkiev*, quod tamen vulgus variis in regionibus diverse effert, *broskwa*, *broskyně* et *breskyně*, cet. Ex prima syllaba *broszk* formatum est primum *boroszk*, postea *baraszk*. —

Barát, amicus et monachus, ex slav. *brat*, illyr. pol. russ. *brat*, boh. *bratr*, frater. Slavi non solum germanum fratrem, sed etiam bonum amicum, *přjtel* dictum, dulci illo nomine fratris *brat* adpellant, imo etiam monachum, inprimis autem illos, qui in monasteriis sub nomine fratrum degunt. Hinc nostros Magyaros suscepisse

suum

suum *Barát*, quod pariter ac Slavi, et monachis et amicis dilectis tribuunt, quis dubitet? Vid. Antiq. Lit. Hung. Vol. 1. p. 86.

Baratzk, etiam ex slav. *broszkev*, vide *Baraszk.*

Barázda, lira, sulcus, Furche, slav. illyr. boh. *brázda*, pol. *brozda*, russ. *borozda*, cum quo maxime convenit *Barázda.* Quia Magyari, vita nomadica relicta, et sede in Panonia atque Dacia fixa, arationem primum apud Slavos, tanquam Panoniae, Daciae, cet. tunc temporis potissimos incolas, conspexerunt, ab iisque eam didicerunt, inde factum est, eos vocabula *barázda*, *borona*, *eszteke*, *iga*, aliaque ab iisdem suscepisse. Sic etiam

Barázda-billegető, compositum ex *Barázda* et *billegetni*, motare, oft bewegen.

Barbély, *borbély*, tonsor, chirurgus, derivatur a lat. *barba*, in Latinitate medii aevi dicebatur *barbarius*, *barberius*, unde apud plerasque Europae gentes similia exstiterunt nomina, apud Germ. Barbier, apud Gall. et Ital. *Barbiere*, apud Slav. Croat. Illyr. *barbjr*, apud Boh. *barbjř*, qui tamen a sua *brada*, barba, magis amant *bradýř*, — et apud Magy. *Barbély*.

Bárka, arca, excipula, scapha, Barke, kleines Lastschief, Fischhalter, est vox slavicae originis, a verbo *beru*, *bráti*, accipere, assumere, excipere, et nominatur, a Bohemis, Polonis, Russis etiam *Bárka.*

Nota. Adelung in Lexico Gram. erit. sub voce Barke dicit: — „die Abstammung dieses Wortes ist noch nicht ausgemacht," — i. e. origo istius vocis nondum est inventa, vel finita et confecta, — et putat eam posse deduci aut ex antiquo verbo germ. bären, i. e. tragen, aut ex graeco βαρις, quae certa species navis

erat;

erat; sed ego, non sine fundamento, derivo a voce slav. *beru*, *bráti*, accipere, excipere, recipere, quatenus *bárka* est excipula, vel secundum Plinium excipulum, aut receptaculum piscium, Fischhalter, et navicula illa, quae maiori navi adnectitur, scapha, lembus, kleines Lastschief, etiamque *bárka* dicitur, receptaculum hominum aliorumque, uti necessitas postulat. Germani sine dubio Barke ex slav. *bárka* fecerunt, uti ex *krčma* Kretscham, et alia plura. Magyari autem non solum piscatoriam illam naviculam, in quam pisces reconduntur, verum etiam arcam Noëlis, (slav. koráb), satis bene et congruenter *bárka* nominant, quia erat receptaculum hominum et animalium.

Barkótza, sorbum, Arlesbeere, est idem, quod *Berekenye*, *berkenye*, et est utrumque slavicae originis, nam quod Bohemi, Moravi et quidam Slavi in Hung. adpellant *břek*, et fructus *břekyně*, ex quo factum *berekenye*, *berkenye*, hoc alii Slavi nominant *brak*, *brakyně* et *brakownice*, in sing. *brakownica*; ex *brakownica* autem certe ita est factum *barkótza*, uti ex *piwnitze pintze*, et ex *rázkolnica rakontza*. —

Barlang, latibulum, lustrum, factum est ex slav. *brlog*, *brloh*, boh. *brloha*, illyr. *barlog*, russ. *berloga*, polon. *barlong*.

Nota. Uti a *ležjm* cubo, *lože* lectus, ita a frequent. *léhám*, *léhdwám*, cubito aut soleo cubare, *loh* et *loha* derivatur, cui praepositum *br* factum est ex *brt*, i. e. locus, et ideo *brtloh*, exmissoque *t*, *brloh*, proprie significat locum cubatus, latibulum.

Barna, fuscus, subniger, braun, convenit cum slav. *brnawý*, *brnný*, inprimis quod per plerosque exprimatur *barnawý* et *barný*, in foem. *barnawá*, *barná*, inde *brna*, *barna*, bos subfuscus, *brnuše*, *barnuše*, vacca subfusca vel subnigra.

Bar–

Barnítni, braun färben, slav. *brniti*, *bárniti*, *na brno barwiti.*

Báró, *Baro*, Baron, est Europaeum ab antiquo *Bar*, teste Adelungio.

Barométer, ex graeco-latino *Barometrum.*

Barona, *borona*, slav. *brána*, boh. *brána*, pol. *brona*, russ. *borona*, occa, crates occatoria, die Egge: ergo *barona* vel *borona* est slavicae originis.

Basalikom, *basilikom*, aliis *bazsalikom*, Basilienkraut, ocymum *basilicum*, propter svavissimum odorem, qui herbam istam palatiis regiis dignam reddidit, ab antiquioribus botanicis, scientia rei herbariae claris, *βχσιλικον*, (a *Βασιλεῦς* Rex, et inde *βασιλικος* regius), adpellata est, unde Germani Basilienkraut, Slavi Bohemi et alii bazalika, bazalka, bazalička, aliqui etiam bažalka, bažalička, Poloni Bazilika, Russi Bazilik, et nostri Magyari suum *Basalikom*, *Basilikom*, vel *Bazsilikom* formavere.

Basiliskus, *basiliskus-gyék*, etiam ex graeco *Βασιλισκος*, ex quo Latini *Basiliscus*, et nostri ex hoc *Basiliskus.*

Bástya, propugnaculum, etiam slavice dicitur *bašta*, russ. *basnja*, pol. et illyr. *basta*; sed originis est sine dubio italicae, ubi olim *Bastia* turrim ligneam, imo nonnunquam quodlibet aedificium significabat, a verbo *bastire*, i. e. aedificare, bauen. In locum lignearum venerunt turres lapideae, quas postea etiam *Bastias* nominarunt: hinc germ. Basten, gal. Bastion, slav. *basta*, magy. *bástya.*

Bászli, dumm, einfältig, stolidus, stupidus, siquidem nulla radix magyarica superest, ex qua *bászli* deduci posset, hinc existimo illud a Slavis ori-

originem traxisse, et quidem aut a *bázliwý*, timidus, pavidus, furchtsam, quia multi recte ob pavorem et timiditatem sunt stolidi atque stupidi; aut vero a *blázniwý*, demens, stultus, per metathesin ex *blázniwý* facile factum est *bázlni* — et postea *bászli*. Caeterum *bázliwý* derivatur a *báti se*, *timere*, et inde *bázeň*, timor, *bázliwost*, timiditas, et *bázliwý*, timidus.

Batka, obolus, teruncius, Häller, Pfennig, etiam sine dubio a slavicis vocabulis ortum est, sive a *babka*, sive a *balatka*, quae in Hungaria, Bohemia, Moravia, Rus. etc. sunt usitatissimae, e. g. nemám ani *babky*, aut dim. ani *babečky*, egy *batkám* sints, ne obolum quidem habeo, ich habe keinen Häller; ani za *babku* nestáti, ne teruncium quidem valere; sic etiam za *balatku* nestáti, nihili esse, nichts werth seyn. — Hinc hariolari licet, Magyaros nostros ex alterutro horum, sive ex *babka*, sive ex *balatka* formavisse suum *batka;* dicunt tamen, uti Slavi etiam *Babka*, quod vide.

Batu, *batyu*, *bútyor*, *tereh*, Bürde, Last, ex slav. *batog*, *batoh*, *baťoh*, quod idem significat. *Tereh* vide sub *T*.

Bazalt, basaltes, Plin. germ. Basalt, slav. *bazalt*, est genus marmoris ferrei coloris, sine duritia, unde et nomen ei datum est, dicit Isidorus Hispalensis, Orig. Lib. XVI. qui eum quidem *basanitem* nominat, *basaltis* tamen nomen melius convenit propterea, quod aethyopice dicatur *Basal*, ferrum, quia ferri refert colorem. Ex isto aethyopico *Basal* factum est latinum *Basaltes*, ex quo Germani fecerunt Basalt, Slavi et Magyari etiam

Bazalt

Bazalt, quod utrique sine dubio proxime a Germanis acceperunt. —

Bazsalyikom, ocymum, *basilicum*, vide *Basalikom.*

Bazsamint factum est ex *Balsamita.*

Béavatni, introducere, vide *Avatni.*

Bébor vel *Bíbor*, byssus, Páriz Pápai köstliche, klärste Leinwand, Cl. Márton Rothsammet, cum tamen Sammet sit *bársony*. Si *Bébor* linteum praestantissimum significat, non ausim vocabulum hoc derivare a Germ. Biber, etsi huic sit simile, neque a Lat. *fiber*, i. e. castor; sed potius a Slav. *wýbor*, i. e. id quod deligitur, optimum, praestantissimum. Siquidem Magyari inde ab initio potissimum a Slavis linteum emere solebant, uti hucusque etiam emere solent, non sine fundamento originem vocabuli *bébor*, *bíbor*, ad Slavos refero, quorum verbum *wyberu* inter alia eligo vel deligo significat, et inde *wybraný* vel *wýborný*, electus, egregius, eximius, excellens, Subst. *wýbor* et *wýběrek*, id quod deligitur; ergo optimum et praestantissimum quodlibet dicitur *wýbor*, boh. *weybor:* iam autem Slavi linteum suum laudantes dicunt *wýborné* plátno, contracte *wýbòr*, unde Magyari nostri hoc audientes quamlibet telam praestantiorem nominarunt *bibor*, et quia *byssus* est tela praestantissima, e filis eum in finem delectis contexta, cum tempore *byssum* nominarunt *bibor*, ex *wýbor*, quia *b* et *v* seu *w* saepius alternant, e. g. *bojeboda*, loco *wojwoda.* —

Béboronálni, ex slav. *wbrániti*, *zabrániti*, vide *Borona.*

Belénd, Bilsenkraut, hyosciamus, est ex slav. *blén* formatum, interiecto *e*, et addito in fine *d* —

Omni-

Omnibus Slavis, quantum scio, dicitur *blén* vel *blien*, tantum Bohemis *bljn*, Polonis *bielun*, Russis vero bielája blekota, et semper hyoscyamum significat.

Belezna, gánts a' vászonba, est etiam ex slav. *wylezu*, quod inter alia exscendere significat, et inde *wylezna*, ex quo primum *bilezna* puto formatum esse, postea *belezna*, est eiusmodi menda vel vitium in linteo, cum filum in texendo exscendit, ein Fehlwurf bey Weben.

Bél-geleszta vel *giliszta*, Darmwurm, Spulwurm, est vox hibrida, ex magyarico *bél*, et slavico *gliszta* composita, vide *Giliszta*.

Béllyeg, *bélyeg*, *billeg*, stigma, character, a slav. wýleh, i. e. wylehlé vel wyležené mjsto, quod pleraeque Slavicae gentes exprimunt *vileg*, et mutato *v* in *b*, bileg, Croatae bilig, Illyrii *bilieg*. Faustus Verantius asserit, magyaricum *billeg* formatum esse ex dalmatico *biligh;* sed cum alii Slavi etiam dicant *bileg*, *billeg*, imo etiam *billyeg*, ego potius a slav. in genere, quam a dalm. in specie, deduco nostrum magyaricum *béllyeg;* — sed potest etiam derivari a slav. radice *bilý*, weiß, albus, *bělost*, *běluch*, ein weißer Fleck.

Bémázolás, *bémázolni*, varios habent significatus, veluti slavicum *maz*, quod est radix et horum magyaricorum, et slavicorum *mazati, mazánj*, *zamazánj*, cet. vide *Máz*.

Berbentze, pyxis, thecula, factum est ex slav. *barwenice*, quod significat pyxidem seu theculam pigmentariam, seu coloribus asservandis; transfertur tamen etiam ad alias theculas.

Berbéts, der Widder, Hammel, Schöps, ex latino *vervex*.

Bereg

Bereg, Comitatus Beregiensis ducit nomen ex slavico *Breh* vel *breg*: russ. *Bereg*, etc. quod collem aut etiam rippam denotat.

Berekenye, est ex slav. *břekyně* formatum, vide *Barkótza*.

Berena, ex slav. *brána*, vide *Barona* vel *Borona*.

Béreteszelni, az ajtót, *bézárni*, formatum est ex slav. *zařetězyti*, a *řetěz*, i. e. catena vel catella, qua ad occludendum (*bézárni*, *zawřjti*) utuntur; sed Magyari videntur ad qualemcunque ansam januae occludendae vel aperiendae transtulisse suum *retesz*, a quo descendit *béreteszelni*, vide *Retesz*.

Bérétra, *birétrom*, mitra, thiara, quae media aetate dicebatur *barretum* et *birretum*, a priori sumserunt Germani Barret, Galli Barrete, Itali Barretta, et a posteriori Slavi *birét*, Magyari autem *birétrom*.

Beretva, est genuina slavica *břitwa*, in omnibus dialectis ita nuncupata novacula, Barbiermesser: nam antiquum sarmaticum *břit* est idem, quod nunc ostřj, ostrost, acies, et *břitký* idem, quod ostrý, quando significat scharf, nicht stumpf, éles, acutus, et inde *břitwa*, culter acutus, novacula, qua Magyari ante adventum suum in Panoniám, ita non utebantur, veluti nunc gentes ea non utuntur, quae in illis terris degunt, ex quibus Magyari huc venerunt. A Slavis itaque didicerunt nominare novaculam, *Beretva*, et *beretválni* cum aliis derivativis, quae ita descendunt a *Beretva*, uti a *Kasza kaszálni*, cum omnibus suis derivatis.

Berkenye, est idem, quod *Berekenye*, ex slav. *břekyně*, quod vide uberius sub *Barkótza*.

Bér-

Bérmálás, *bérmálni*, *confirmatio*, ex qua Germani, omisso *con*, fecerunt Firmelung, Slavi autem, qui paucissimas voces habent cum *f*, mutarunt *f* in *b*, et fecerunt *biřmowánj;* quidam Slavi dicunt *bermowanjá*, Poloni *bierzmowanie*, Illyrii *berma*, Bohemi *biřmovánj*, ex quibus Magyari per Slavos instructi, fecerunt *Bérmálás.*

Bersen, *berzsen* et *berzseny*, bresillum, lignum brasilianum, Brasielienholz, slav. březulka, brazylka, aliqui brižalka. Si *berzsen* non est formatum ex *bresillo*, ergo erit contractum ex Brasielienholz; maxime tamen simile est slavico *brslen* vel *bršlen*, etsi istud sit evonymus Europaeus, ketskerágó, eo non obtsante, propter aliquam similitudinem, potuit ex eo formari, interposito nempe initialibus consonis *br* — *e*, exstitit *berslen*, et postea ex syllaba *slen* tantum *l* exmissum est, sic factum est *bersen*, quod aliqui exprimunt *berzsen*, alii *berzseny.*

Bértz, das Gebirge, sine dubio formatum est ex Berg.

Bertzentzei szilva, Bistritzer Pflaumen, depravatum est ex *Besztertzeiszilva*, quod vide.

Bervéng, *bervény*, *berving*, vinca, *pervinca*, planta, Slavis *barwjnek*, *barwjnok*, inde Magyari *bervéng*, *berving.*

Bestye, ex lat. *bestia*, Germani fecerunt Bestie, Magyari *bestye.*

Beszéd, sermo, verba, die Rede, Worte, Fausto Verantio, Dalmata, aliisque Illyriis perhibentibus, vocabulum istud est origine slavicum: dicunt enim Illyrii *beszjedda*, alii *beszida*, Croatae *beszeda*, pro sermone et locutione; apud Polonos *bieszjeda*, et apud Slavos in Hungaria *beseda*,

est

est partim locutio, collocutio, partim vero locus, ubi homines convenire solent ad colloquendum, e. g. in aliqua domo, in horto, sub umbraculis, in topiariis, cet. Poďme nêkam na besedu, dicitur, i. e. eamus aliquorsum pro collocutione. Sed Bohemi et Russi, qui etiam dicunt *beseda*, *besedka*, *besiedka*, et *besýdka*, iam non pro collocutione, sed tantum pro loco, ubi homines colloqui solent, hisce vocabulis utuntur: sedilia enim sub umbraculis et topiaria in hortis, Laube, Sommerlaube, Bohemi nominant *beseda*, dim. *besýdka*, Russi *beszedká*, *besziedka*.

Besztertze városa, Nösenstadt, Bistricia in Transylvania, slav. *Bystřice*. Huius nominis complures dantur civitates, oppida, pagi, vici, flumina atque rivi, ubi aut olim Slavi habitabant, aut hucusque habitant, e. g. in Hungaria, Bohemia, Silesia, Slavonia et Transylvania, quam olim Slavi coluerunt. — Vide Notam sub *Abrud-Bánya*. — *Besztertze* itaque factum est ex *Bystřice*, quod derivatur a *bystrý*, celer, agilis, geschwind, schnell, gyors, serény. Slavi rivis et fluminibus celeriter defluentibus imposuerunt nomina *bystrá*, *bystřice*, *bysternjk*, *bystrička*, et similia, a quibus postea civitates, oppida, vici, etiam eiusmodi nomina acquisiverunt, *Bystrá*, *Bystřice*, *Bystrička*, similia.

Besztertzei szilva, utrumque est slavicum, *Bystřické sljwy*, Bistritzer Pflaumen, Damascener Pflaumen, pruna Damascena, Linn. Ista, iam nunc nobis omnibus bene nota pruna, ex Syria, nominatim ex urbe Damasco, in Europam translata sunt, et iam Plinii tempore sub hocce nomine, Damascena, Romanis cognita erant. Slavi,

C con-

conditores Bistriciae, quod ex ipso nomine Civitatis apparet, si non ex Damasco directe, certe a Romanis pruna ista Bistriciam transtulerunt, unde ad hodiernam usque diem non solum *Bystřické*, sed etiam *Sedmihradské sljwy*, i. e. pruna Transylvanica, vocantur; unde patet, ex hac civitate, quae in Transylvania est, non ex alia aliqua Bistricia, hanc fluxisse denominationem. — De *Szilva*, *sljwa*, vide sub *Sz.*

Nota. Nomen Prunorum Damascenorum nulli Slavorum, quantum scio, retinuerunt, praeter Polonos, qui ea nominant *Damasceny*; caeteri Slavi, uti etiam Germani, Bistriciensia ea adpellant; nonnulli tamen Slavorum, e. g. in Comitatu Nitriensi, in Moravia, Silesia, cet. nomen ipsis indiderunt *Karlátky*, sine dubio ab arce, vel ab ipso Principatu, *Karláth*, in Silesia, unde ea proxime ipsis primum adlata fuisse et innotuisse, credibile est. —

Betónika, Betonie, est Latinum *Batonica* officinalis, Linn.

Betyár, haec vox Slavonismum redolet, Cl. Márton habet 1) ein Kerl; 2) kanász, kondás, der Schweinhirt; sed ex usu scimus, *Betyár*, in Hungaria, esse hominem miserum, qui, qualibuscunque de caussis, absque servitio oberrat, misere vitam tradit, sibi aliisque molestiam exhibet, hinc slavice *bědář*, sive a *běda*, vae, sive vero a *bjda*, miseria, nuncupatur. Ex *bědář* deformarunt sive Slavi in Hungaria et Illyrico, sive Magyari *Betyár*, *d* in *ty* mutato, nec mirum est, qui enim ex *Thymus Demutka*, et ex *Liquiritia lékořice*, *likořice*, *Higrivitze*, formare potuerunt, cur non ex *bědář betyár?*

Bézabolázni, *bézárkozni*, *bézárlani*, *bézárni*, cet. vide sub *Z*, *zabola*, *zár*, *zárni*, similia.

Bezo-

Bezoárkö, *Bezoar* significat quodcunque antidotum, hispanice *Bazar*, cuius nomen per arabicos Medicos in Europa notum est redditum, nam *Bedżahar* arabice significat antidotum: hinc etiam lapis, qui in stomacho certorum animalium reperitur, et longo tempore existimabatur, antidotum contra omne venenum efficacissimum, *lapis bezoardicus*, Bezoarstein, nuncupatur, ex Bezoarstein exstitit magy. *Bezoárkö.*

Bial, rectius *bivál*, *bubalus*, Büffel. Quidam putant, ex graeco *Βέβαλος* exstitisse latinum *bubalus;* sed ego existimo, ante Graecos, Latinos, Germanos et Slavos, iam radicem istius vocis in lingua antiquissima, matre harum quatuor cardinalium linguarum exstitisse, nempe *Bu*, i. e. bos, ex qua radice formarunt Graeci *Βȣ̃ς*, etiam Latini *bus*, postea *bos*, Germanorum maiores Bul, Bual, (postea Ochs), Slavi mutarunt *b* in *v*, et habent *vůl*, *vuol*, *vol;* et ex hoc primitivo derivatur *bubalus*, quasi *bubulus*, bis bos, aut maior bos, quae radix *bu* in omnibus fere linguis Europaeis mansit, e. g. in Germ. Büffel, Bufel, in Angl. et Gal. Bufle, in Ital. Buffalo, in Slav. *bůwol*, quod tamen variae gentes slavicae diverse exprimunt, e. g. in Bohemia *bůwol*, in Polonia *bavol*, in Russia *bujvol*, in Illyr. et et Hungaria *bywol*, quasi bis bos, aut maior bos. Nam notandum, apud omnes gentes Slavicas, in denominatione bubali, postremam syllabam esse *wol*, i. e. bos, primam autem *bu*, i. e. etiam bos; qui vero syllabam *bu* per *by* et *buj* exprimunt, etiam bene ad rem dicunt, quia inde est *bujný*, luxurians, ferox, quod vel maxime quadrat ad bubalum. Nostri Magyari, sine

dubio a Slavis, primum didicerunt *buvol*, postea *bivol*, et tandem mutarunt *o* in *a*, *bival*, ultimo, omisso *v*, dixerunt *bial*, aliqui etiam *bijal*. —

Bibak, formatum est ex *Epipactis*, omissa prima litt. *e*, et ultima syllaba *tis*, mansit *pipac*, quod mutatum est in *Bibak*.

Bibe, vulnus parvulum, kleine Wunde, est mos lallantium parvulorum apud Slavos, loco *bolj*, dolet, *bibe*, *bibi* dicentium vel balbutientium.

Bibets, vanellus, capella, spermologus; sic habet Páriz Pápai; sed et usus; et auctores alii (e. c. Cl. Márton), comprobant, rectius esse *bébitz*, *bíbitz*, (dicitur etiam *libocz*, *libutz*); germ. Kibitz, slav. *bjbic*, *bjbik*, (etiam *čayka*, boh. *čeyka*), gavia, tringa, vanellus. Denominatio *bjbic*, *bjbik*; et inde Magy. *bíbitz*, sine dubio formata est a voce huius avis naturali, qua homines praetereuntes acclamare solet.

Biblia, ex graeco *Βιβλια*, libri, unde etiam Latini *Biblia*, Germani Bibel, Slavi *Biblj*, vulgo *Biblia*; formavere.

Bibor, ex slav. *wýbor*, tela praestantissima, vide *Bébor*.

Bibula, szítatópapiros, ex Lat. charta *bibula*, Löschpapier.

Bika, taurus, Stier, est origine slavicum, dicitur enim boh. *býk* et *beyk*, polon. et russ. *byk*, Slavi in Hung. hic *býk*, alibi *bika*, et illyr. etiam *bika*.

Bikfa, *bükkfa*, fagus, germ. Buche, Büche, slav. *buk*, in omnibus dialectis: nostros Magyaros aut a Germ. Buche, aut a Slav. *buk*, suum *bükkfa* accepisse, una cum omnibus derivatis, eique Magyaricum *fa*, lignum, arbor, addidisse probabile est.

Bi-

Biliárd, Billard, ex gallico Billard (Billjard), et istud ex *Bille* (Billje), globus, Kugel, derivandum est.

Biling, der Zweig, simile est slavico *bylinka*, herbula, ex quo sine dubio formatum est.

Billeg, et *billyeg*, vide *Béllyeg*.

Birétom, *birétrom*, vide *Bérétra*.

Bírság, *Birsagium*, mulcta, Geldstrafe, non derivatur a *Bíró*, sed a gallico *Byrsa*, i. e. *bursa*, et deberet scribi *Byrsagium*.

Bison, Buckelochs, est lat. *bison*.

Bitó, *bitófa*, quid sit *bitófa*, non conveniunt Scriptores magyarici, aliqui enim asserunt, esse palum, cui pecora mactanda alligantur, alii vero, esse palum publicum ignominiosum, Schandpfahl, cui alligantur homines mali castigandi, percutiendi; sed quomodocunque sit, in utroque significatu est slavicae originis, debetque derivari a verbo *bit*, seu *bjti*, i. e. ferire, percutere, et inde *zabiti*, mactare, occidere. Usus autem comprobat, non solum de hominibus castigandis dici *bjti*, verum etiam apud laniones *bjti* saepe idem significare, quod *zabiti*, mactare.

Bitsak, culter plicatilis, Taschenmesser, Slavi etiam dicunt *bičák*, a voce *bič*, scutica, quia iste culter, cum aperitur, et non aequatur, scuticae refert similitudinem. Sic etiam *Bitska* et *Bitskia*, voces idem significantes. Non est itaque vox turcica, (vid. Gram. Debr. p. 334.) sed verosimilius est, Turcas a gentibus Slavicis in Turcia Europaea degentibus, nempe Bosnis, Serbiis, Bulgaris, cet. Magyaros vero a Slavis Panoniis, uti *balta*, ita etiam *bitsak* accepisse, vide *Balta*.

Bival, *bivaly*, ex slav. *bywol*, vide *Bial*.

Bi-

Bizon, *bison*, iubatus; der Bison, vide *bison*.

Bódé, i. e' deszkából épült hajlék, casa, taberna, tugurium, est certe Europaeum, ex germ. Bude, aut ex slav. *búda*, boh. *bauda* factum. Alioquin quidam Germanorum, et Hollandi, recte uti Magyari dicunt Bode.

Bodnár, faber materiarius, carpentarius, vietor, doliarius, sic habet Páriz Pápai; sed quomodo huc venerit *faber materiarius*, cum, eodem auctore, in Lexico Lat. Hung. non *bodnár*, verum *átsmester* significet, et quomodo *carpentarius*, cum carpentum, eodem auctore, fedeles kotsi, hintó, carpentarius autem hintótsináló designet, — non video; nisi ex eo errore, quod *Bodnár* et *Bognár* idem esse existimaverit celebris Páriz Pápai, cum tamen sit diversum. Nos utrumque expendamus, et primum quidem *Bodnár*, quod convenit cum germ. Binder, Büttner, idemque significat; sed longe melius convenit cum slavico *bednář*, vulgo *bodnár* apud Slavos in Hungaria, bohemice, moravice, et polonice *bednář* et *bečwář*, russice *bočár* vel *bočkár*. Posteriora, nempe *bečwář* a *bečka* vel *bečwa*, *bočkár* vero a *bočka*, i. e. *bečka* derivanda sunt; prius autem, nempe *bednář*, vulgo *bodnár*, a *pod*, *půda*, fundus, Boden, et inde *bedniti*, i. q. in superiori Germania dicitur bödmen, mit einem Boden versehen, inde *bednář*, Faßbinder, vietor doliarius. — Dein *Bognár* nihil aliud est, quam genuinum germanicum Wagner, quod vulgus exprimit Wogner, imo quidam ore crassiori Bognär, et ex hoc fecerunt nostri *Bognár*, opifex rhedarius, carpentarius, plaustrarius, slav. *kolář*, a *kolo*, rota, das Rad.

Bod-

Bodnárság, die Böttcherey, est formatum ex slav. *bednářstwj*, vulgo *bodnárstwie*, tantum loco *stwie* in fine, magyarica terminatione *ság* addita.

Bodon, est ex eadem radice, ex qua *bodnár*, nempe ex *dno*, aut ex *woda*, aqua, unde *wodnj nádoba*, Wasserständer, contracte, *wodna*, *wodnice*, *wodeň*, *wodon*, ex quo *Bodon*, i. e. vas aquarium, orca aquaria, formatum esse, non dubito.

Bodza, *bodzafa*, sambucus, Hohlunderbaum, est certe slavicae originis; dicitur enim boh. morav. et polon. *bez*, illyr. *baz*, russ. *buz*, Slavi in Hungaria *bez* et *boz*, masc. sed maxima ex parte *boza* et *bodza*, foem. gen. quia Slavi solent vulgo literas *d*, *d'* (i. e. gy), et *z* saepius commutare, e. g. loco meze, limites, dicunt aliqui meďe, (l. megye) alii medze, sic etiam loco *boza* solent dicere *bodza*, quod Magyari nostri adoptarunt, et dicunt etiam *bodza* et *bodzafa*. Inde etiam composita *bodzakása*, *bodzavirág*, similia, derivanda sunt.

Boglár, aliis est Knottenring, aliis vero Buckel, a quo etiam procedere videtur, cum nempe Beschlag significat e. g. an Büchern, Thüren, cet. bulla: quia etiam gallice *Bouklier*, et anglice *Bukler* vocatur. Inde etiam *Boglárvirág*, die Schmalzblume, ranunculus ficaria, Linn.

Bográts, vix est magyaricae originis, sed sine dubio a slavico *vográts*, *ográts*, derivandum est, a verbo *ogrját*, boh. *wohřát*, calefacere, inde Subst. *wohřáč*, *ográts*, *vogrjáts* vel *vográts*, quod facile mutatum est in *bográts*, et significat vas calefactorium, ein kleiner Kessel oder Pfanne zum Aufwärmen, oder zum Kochen.

Boj-

Bojtorján, die Klette, arctium Lappa, Linn. et *apró bojtorján*, Odermennig, Agrimonia Eupatoria, Linn. quemadmodum Odermennig ex Agrimonia, ita sine dubio *Bojtorján* ex *Eupatoria*, omissa prima syllaba *Eu*, — ex *patoria* formatum est, vide *Apróbojtorján*.

Bokál, etiam germ. Bokal, Pokal, et ital. *Bocal* et *Baucal*, ex latino *poculum* et *baucalium* formata sunt.

Bókolás, *bókolni*, nicken, est slavicae originis derivandum a *bok*, latus, Seite, inde Seitenblick, das Nicken, slav. inter alia *bočenj*, *bočiti*, i. e. *bokem*, nastranu, ginam hleděti, *bókolni*. —

Bokolyó, *tsobány*, *légely*, omnia sunt Europaea, *bokolyó* enim factum est ex *poculo* aut *baucalio*, vide *Bokál*; *tsobány*, ex slavico *dčbán* aut *džbán*, vide *Tsobány*; *légely* autem ex Lägel, vide *Légely*.

Bókony, adminiculum laterale in navi, die Ribben des Schiffes, slav. etiam *bokoň*, descenditque a *bok*, latus, die Seite, oldal.

Bolha, est slavicum *blha*, *blecha*, vide *Balha*,

Bolond, stultus, Narr, omnibus quidem Magyaris bene notum vocabulum; sed in Gram. Debrec. p. 352. ponitur inter voces incertae originis. — Faciam ego periculum, nonne possem istius vocabuli originem indagando adinvenire. — Slavi habent *blaud*, quod Bohemi pronunciant *bloud*, Poloni vero per nasum, quasi gallicum *ong*, efferunt *blongd*, vulgo *blond*, ex quo, interposita primis duabus consonis *bl* vocali *o*, facile formatum est *Bolond*. — Significat autem *blaud*, *blond*, insanum, nicht klug, qui facile poterit errare, *blauditi*, ergo idem, quod *Bolond*. Tali

ra-

ratione vocabulum *Bolond*, cum omnibus suis derivatis, est slavicae originis.

Bolonyik, sium, aliis apium palustre, factum est sine dubio ex slavico *blatnjk*, russ. *balotnjk*, quod descendit a *boloto*, (boh. *blato*), lutum, palus, Sumpf, et significat palustrem, scilicet herbam; ex *Bolotnik* autem, exmisso tantum *t*, factum est *Bolonyik*.

Bólt, *bót*, das Gewölbe, der Laden, eiusdem est originis cum *Bódé* superius videndo, a *bauda*, Bode, *bůda* Europaeis.

Bóltos, *Kalmár*, institor, mercator, *bóltos* descendit a *bólt*, *Kalmár* autem aut a germanico Krämer, aut a slav. *kramář*.

Bólthajtás, *bóltozás*, *bóltozat*, *bóltozni*, cet. etiam ex Bode, Bude, *bauda*, *bůda*, derivantur, et conveniunt cum germanico bauen, et slavico *budowati*.

Bomba, *bombi*, die Bombe, slav. russ. et italice etiam *bomba*, descendit a graeco et latino *bombus*.

Bonta, bicolor, zweyfärbig, formatum est sine dubio ex germ. bunt, quod Hollandi exprimunt *bout*, varii coloris.

Borágó, *Bóraksz*, *Borbálya*, sunt voces ex latinis *Borago*, *Borax*, et Erysimum *Barbarea* formatae.

Borbély, Barbierer, vide. *Barbély*.

Borbolya, der Sauerach, Sauerdorn, *Berberis*, ex hocce *berberis*, *borbolya*, et *Borbolyafa*, die Saurachstaude, der Berberisbaum, etiam ex vocabulo *Berberis*, vulgaris, Linn. formata esse, non est dubium.

Borda, pecten textorius, der Weberkamm, das Kammblatt, est vox slavica, quam gentes slavicae

vicae varia ratione exprimunt, Bohemi *brdo*, Moravi aeque *brdo*, Slavi Panonii maximam partem *brdo*, aliqui tamen *berdo*, Illyrii *bardo* et *berdo*, Russi *berda* et *Borda*, et semper idem significat, quod magyaricum *Borda*. *Prov. Egy bordába szöttek*, est etiam slavicum: *w gednom brdě tkanj.* —

Bordély, lupanar, Bordell, Hurenhaus, est ex gallico *Bordel*.

Bordézma, Weinzehend, *Boretzet*, Weinessig, *Borhébér*, der Weinheber, composita sunt ex *Bor*, vinum, quod est magyaricum, et ex Europaeis, nempe lat. *decima*, slav. *ocet*, et germanico Heber, quae vide in suis locis, sub *D*, *E* et *H*.

Borditza, ita est slavicum, uti *Borda*, nempe ex *brdo* provenit diminutivum brdce, ex *berdo*, *berdce*, *berdco*, ex *bardo barditza*, et ex *berda*, vel *borda*, *berditza* vel *borditza*.

Bordon, formatum est ex *onopordon*, omissis nempe primis syllabis *ono*, mansit *pordon*, ex quo, mutato *p* in *b*, exstitit *Bordon*.

Borjúfóka, das Meerkalb, Seekalb, formatum est ex magyarico *borjú*, das Kalb, vitulus, et ex *Phoca* vitulina.

Borjúpázsit, das Ruchgras, Anthoxantum odoratum, Linn. compositum est etiam ex magyarico *borjú*, vitulus, et ex slavico *pažit*, quod vide sub *P. Pásit*.

Borkortsma, die Weinschenke, compositum est ex magyarico *bor*, vinum, et ex slavico *krčma*, vide *Kortsma*. Sic etiam *Borkortsmáros*, der Weinschenk, *krčmář*, vide sub *K*.

Borköles, Fench, Fuchsschwanz, panicum. *Köles* est magyaricum, sed *bor* hic non est idem cum

ma-

magyarico *bor*, vinum, verum sine dubio est slavicum *ber*, olim et nunc vulgo *bor*, bohemice *bér*, polonice etiam *ber*, et significat quandam speciem panici.

Boróka, *borókafenyö*, der Wachholderbaum, Iuniperus communis, cet. factum est ex slavico *borowka*, *boruwka*, *borowička*, ita enim Slavi vocant iuniperum propter similitudinem cum pino, (fenyő), *borowice;* alias iuniperus vocatur slavice *Galowec*, vide *Gyalogfenyö.*

Borona, *boronálni*, 's a' t. proveniunt ex slavico *brána*, vide *Barona.*

Borosta, setaceum, ex germ. Bürste, sax. et dan. Borste, holland Borstel. Sine dubio olim etiam Germani Magyaris intermixti aut vicini dicebant Borste, unde nostri facile formarunt primum *Borsta*, postea *Borosta.*

Borostyán, hedera Helix, ex slav. *břečtán*, vulgo *breštán*, et *breštrán*, illyr. *barstrán*, croat. *berstrán* et *bristrán.* — Sed

Borostyánkö, succinum electricum, non est formatum ex eodem slav. *břečtán*, verum ex germ. Bernstein.

Boroszlán, Seidelbast, Daphne mezereum, ex slav. *brslen*, vulgo *brslan*, illyr. *borslan*, russ. bereszklet, brjuszklet.

Borotva, ex slav. *břitwa*, vide *Beretva.* Inde *borotválkozni*, sich barbieren, et *borotválni*, barbieren, rasieren, cet.

Borrágó, est lat. *borago.* *Bót*, vide *Bólt* et *Bódé.*

Bortzégér, das Weinzeichen, compositum est ex magy. *Bor*, et germ. Zeiger.

Borz, Dachs, meles taxus, et *Borzoska*, See-Igel, echinus, sine dubio ex antiquo slav. *bors*, *borz*, ex

ex quo hucdum Russi retinuerunt *borsuk*, *borzuk*, quod idem significat, ac *Borz; Borzoska* autem alioquin etiam slavicam habet terminationem. —

Botska, cupa, dolium, Ständer, Tonne, slav. et russ. *bočka*, boh. et polon. *bečka*, illyr. *bacsva* et *becsva:* ergo *botska* est vox slavica.

Botskor, pero, carbatinae, Batschkor, Bauernschuh, Riemenschuh, slav. *bačkor* et *bočkor*, prius in Bohemia, Moravia, et magna parte Hungariae in usu est, posterius tantum in aliqua parte Hungariae.

Bödön, *bödöny*, Tönnchen, ex slav. *wodoň*, vide *Bodon*.

Bögre et *bögrétske*, Töpfchen, vide *Bograts*, eiusdem originis.

Börböntze, die Büchse, ex slav. *barwenice*, vide *Berbentze*.

Börvely et *Börvény*, vinca, Immergrün, est idem ac *Bervény*, quod vide.

Bör-zsák, culeus, compositum est ex magy. *bör*, et lat. *saccus*, aut germ. Sack. —

Bozza, a slav. *bez*, *boz*, *boza*, *bodza*, vide *Bodza*.

Briliant, adamas radians, ex gall. *Brillant*, (l. Briljant), quod descendit a *briller*, fulgere, nitere, unde Germani Brillant, Brilljant, Slavi et Magyari suum *briliánt* acceperunt.

Brion, factum est ex *Bryo*.

Brosálás, *brosalás*, *brosmittálni*, ex *Prosa*, vide melius *Prósálni*.

Buborék, convenit cum lat. *bulla*, *bullula*, Wasserblase, magis tamen cum slav. *bublina*, *bublinka*, idem.

Buborka, cucumis, in quibusdam Hungariae partibus in usu est, factum scilicet ex *uborka;* sed utrum-

utrumque per abusum corruptum est ex *ugorka*, quo Slavi utuntur, et varia id ratione exprimunt, *ugarka*, *ugorka*, *uharka*, *uhorka*, quidam etiam *oharka*, Bohemi *okurka*, Poloni *ogorek*, quos aliqui Slavorum secuti etiam dicunt *oharek*, masc. gen. Russi *oguretz*, Illyrii *ugorka*, ex quo factum est *uborka* et *buborka*, germ. Gurke.

Bubuitska, bubujitska, chaerophillum bulbosum; cicutaria bulbosa; sine dubio ex slav. *bobulka*, *bobulička*, bulbulus: — quia radix cicutariae bulbosae primo vere est instar baccae vel bulbi, quem slavi nominant *bobule*, dim. *bobulka*, *bobulička*.

Buja, lascivus, geil, sine dubio ex slavico omnibus in dialectis usitato *bujný*, idem significante, formatum est.

Bük, *bükfa*, fagus, slav. *buk*, vide *Bikfa*.

Buplár, ex graeco-latino recentius formatum vocabulum, nempe ex *Bupleurum*, Linn. herba, Ochsenrippe, aliis *nyúlfül*, auricula leporis altera, Hasenöhrchen.

Butella, est gall. *Bouteille*.

Búza, frumentum, Getreide, sine dubio ex slav, *zbožja*, quod apud Slavos inter alia frumentum significat.

C.

Csongrád, oppidum, unde Comitatus Csongradiensis trahit originem est slavicum *Černgrad*, seu *černyhrad*, arx nigra, cui oppositum est *Bělgrad*, *bilýhrad*, arx alba.

NB. Reliqua vide sub *Ts* et *Tz*.

D.

D.

Dajka, nutrix, Säugamme, est genuina slavica *dogka*, a verbo *dogjm*, omnibus slavicis gentibus communi, quod si active sumatur, significat mulgeo, ich melke, fejek, si neutr. lac praebere, Milch geben, tejet adni. Hinc dicunt Slavi: služka dobře dogj, až wšecko mléko wydogj, ancilla bene mulget, donec totum lac emulgeat; et kráwa dobře dogj, vacca bene multum lactis praebet. Talem vero vaccam, ovem, capram, quae lac praebet, nominant dogná kráwa, owca, koza, et pro more suo, ne substantivum cum adiectivo repetant, priori relicto, ex posteriori, nempe adiectivo, faciunt substantivum *dogka*. Et laudare volentes vaccam, ovem, capram, quod bene multum lactis praebeat, non solum dicunt: dobře dogj, ut supra; verum etiam: dobrá gest *dogka*. Nutricem hinc, eadem ex ratione, quod lac praebeat, quo infantes nutriuntur, etiam appellant *dogka*, unde nostri Magyari, mutato *o* in *a*, fecerunt *Dajka*.

Obser. In Gramm. Debr. p. 334. leguntur sequentia: „*Dajka, vox antiquissima in oriente, vid. la Croze.* „*Inde: Dejoces, Rex. — A' Tzigányoknál is Daj*, „*Mater.*" — Et Otrokotsi in Orig. Hung. P. II. p. 50. seqq. Deucalionis nomen magyaricum facere volens, deducit illud ex hebr. et chald. *duk*, unde facit *Dauka* et *Dajka*, sicque postea, *dajkál*, *dajkáló*, et *Deukálos*, etc. — Porro scribit: „*Dajka olim* „*in usu fuisse apud orientales, inprimis Scythas,* „*nostrum idioma perspicue testatur. Nam nos in* „*hunc usque diem, nutricem vocamus Dajka*" — cet. — Concedo, *Daj*, *dej*, *duk*, et similia, antiquissimas esse voces orientales, „attendentem, curantem," cet. significantes, et Matrem Zingaris esse

Daj,

Daj; eo tamen non obstante, non possum id a me impetrare, ut credam, nostris Magyaris iam in Asia, nomen *Dajka* notum fuisse, eosque nutricibus iam tunc infantes suos alendos tradidisse; quin potius credo, eos nomen *Dajka,* uti permulta alia, a Slavis accepisse, et quidem 1) quia tam clara, facilis, et perspicua est eius deductio a verbo *dogjm;* 2) quia apud Slavos non solum ád vaccas, oves, capras, sed etiam ad mulieres lac praebentes, adhibetur; 3) quia non est monosyllaba, uti pleraeque voces orientales, etiam magyaricae originales esse solent; 4) quia terminatio in *ka* Slavonismum redolet: uti enim a verbo *bjljm*, dealbo, *bilička*, foemina dealbans, a *budjm*, excito, *budička*, excitatrix, a *chodjm*, ambulo, *chodka* et *chodička*, ambulatrix, a *chowám*, alo, nutrio, *chůwa*, et *chowačka*, nutrix vel curatrix parvulorum, a *čekám*, exspecto, *čekanka*, exspectans foemina, candidata, a *hádám*, divino, vaticinor, *hadačka*, vates foemina, a *hádám se*, disputo, *hádka*, disputatio, a *holjm*, tondeo, *holička*, tonstrix, a *slaužjm*, servio, *služka*, ancilla, a *šidjm*, defraudo, *idjřka;* defraudatrix, ab *umjm*, scio, *umka*, musa, plur. *umky*, musae, poët. et mille similia; ita etiam a *dogjm dogka* naturaliter descendit, neque mihi ullum superest dubium, hanc vocem esse originalem slavicam, et Magyaros eam a Slavis accepisse. De quo adhuc longe plura possent dici cum fundamento, e. g. uti a *lacto* fit *lactans*, a *nutrio nutirens* et *nutrix*, atque a ſäuge, Säugerinn et Säugamme: ita naturaliter etiam a *dogjm dogná* et *dogka.* — Pari ergo ratione etiam

Dajna, testes aszszony, cet. formatum est ex *dogná*, significatque proprie lac praebentem, sed eo ipso etiam mammosam foeminam.

Dáma, Dame, Frau, matrona, mulier, contractum est ex *Domina*, gall. *Dame*, ital. *Dama.*

Damasz, est germ. Damaſt, Damaſt, gall. *Damas.*

Dámvad, Damhirſch, dama, Páriz Pápai habet *Dánvad;* prius compositum est ex lat. *dama*, et

et magy. *vad*, sicuti etiam germanicum ex *dama* et Hirsch; posterius autem convenit cum slavicis *daněk* et *dannel*, idem significantibus.

Dandár, vexillum equestre, cohors equestris, phalanx, formatum est ex germ Standarte, mutatis initialibus St in *D*, et omissa in fine syllaba te, quo etiam Illyrii atque Croatae utuntur, *Dandár*, alii vero Slavi *Štandár*, *Štandára*, et pauci *Štandárt* dicentes.

Dantzia-gyökér, Enzian, slav. hořec a magna amaritudine, quia *hořký* est amarus; magyaricum autem *Dantzia-gyökér*, sicuti etiam germ. Enzian, factum est ex lat. *Gentiana*, et Germani quidem tantum primam *G* et ultimam *a* literas omiserunt, uti id videre est in Enzian, nostri Magyari vero primam syllabam *Gen* cum *Dan* commutaverunt, in fine autem syllabam *na* omiserunt, sic exstitit *Dantzia*, cui magyaricum *gyökér* propterea adiecerunt, quod potissimum radice istius herbae uti soleamus.

Darab, Stück, frustum, fragmen, mica, ortum habet ex slav. *drob*, quod in omnibus slav. linguae dialectis partim frustum, fragmen, micam, partim vero minutas alicuius rei particulas significat, uti e. g. *drob*, plur. *droby*, intestina anserina cum extremitatibus, Gänsegekröse, Gänseklein; a *drob* autem diminutiva primae classis sunt *drobek*, genit. *drobka*, inde magyar. *Darabka* et *drobet*, — secundae autem classis *drobeček*, gen. *drobečka*, inde magyar. *Darabotska*, quod quodammodo convenit etiam cum adiectivo trium terminationum *drobaučký*, *á*, *é*, minutulus, a, um, si secunda terminatio foeminina *drobaučká* sic legatur, uti debet, nempe *dro-*

boutská

boutská, similis est magyarico *Darabotska*; *drobeček*, Slavi Panonii exprimunt *drobočok*, russ. *dorobotska*, unde maxime apparet similitudo cum *Darabotska*. Inde est etiam *darabolom*, *drobjm*, 1) in particulas scindo vel seco; 2) frio, tero. — *Drobjm* itaque non solum *darabolom*, verum etiam *aprétom* significat. *Apró* enim est *drobný*, minutus, qua voce Slavi ita commode utuntur, uti Magyari, *apró*, e. g. minutam pecuniam non nominant *malé penjze*, klein Geld, kis pénz, sed *drobné penjze*, apró pénz. — Ceterum quemadmodum ex *brázda* factum est *barázda*, et ex *brdo*, *borda*, ita etiam ex *drob*, interposita duabus consonis *dr* vocali *a*, et mutato *ob* in *ab*, exstitit *Darab*.

Darabant, satelles, Trabant, slav. *dráb*, rarius *drabant*. Germanicum Trabant deducunt quidam ex traben, i. e. reiten, quasi vor dem Könige trabend, ante Regem equitans; slavicum vero *dráb*, *drabant*, derivant aliqui a verbo *dráti*, schinden, i. e. 1) proprie, excoriare, cutem detrahere, 2) tropice, et quidem a) vexare, mißhandeln, b) exhaurire, bonis privare, einen um das Seinige bringen; quamvis ex *dráti*, potius *dráč*, in utroque significatu nunc descripto, quam *dráb* et *drabant* provenire videatur. Quidquid sit magyaricum *Darabant* vix ac ne vix quidem acceptum est ab orientali inusitata radice דרב i. e. Darab, eo minus a Chald. *Darbonain*, uti vult Otrokotsi Orig. Hung. P. I. p. 297. sed ab Europaeis: Trabend, Trabant.

Deák, Latinus, 2) literatus, scholasticus. Mihi originem vocabuli *Deák* investigaturo, primum et ante omnia incidit in mentem ingeniosus Otro-

kotsi, qui Orig. Hung. P. II. p. 15—21. satis fuse describit Dacorum nominis originem, a quo deducit nomen *Deák*. Scribit enim, *Dacos* antiquitus vocatos fuisse *Daos* et *Daas*; cum autem vocis *Daae* singulare sit *Daa*; hinc nostris Magyaris (quibus vel maxime, inquit, noti fuerunt *Daae*), iuxta requisitum idiomatis magy., plurale praedicti nominis necessario debuit esse *Daak*, quod olim nomen fuisse in magyarica lingua *Daorum* seu *Daarum*, opinatur. Porro haec asserit: — „Si quaeras (inquit), aliquod hodie „nominis huius, sed iam longo seculorum usu „singulare facti, vestigium apud nos, en mani„festum dabo. Cur, quaeso, nostra natio eum, „qui scholam frequentat aut frequentavit, ob „idque latinam callet linguam, non aliter quam „*Deák* vocat? Vera ratio (inquit), nominis huius „haec est: quia nostram nationem e Scythia „profectam, longe praecessit in excolenda lite„ratura natio Dacica; ideoque barbari nostri „maiores, in sua hodierna patria, cum experi„rentur, *Dacos*, (priores eius regionis incolas), „literas noscere, et latine posse loqui, hinc suos „etiam filios, postquam ad exemplum Dacorum „literis imbuendos consecrarunt, eodem cum „Dacis nomine, vocarunt *Daák*, et hodie aliquanto „cultius *Deák*. — — An Sclavi — (corrige „Slavi) nostros praecesserint in scholasticis prae„dicto modo nominandis, vel nostri Slavos, non „satis clarum est. Forte potius utrique sese „mutuo in hoc iuverunt. Nam et Slavi in nostra „patria, suos filios scholasticos, adhuc pueros „(quantum ego observavi), vocant *Dyiaci*, quem„admodum nostri *Deák*, vel *Deákok* in plurali,

„ex

„ex eodem utrique fonte. — Iam vero appli„cemus haec scopo nostro de nato Dacorum no„mine. Cum antiqui Graeci audirent a nostrae „nationis maioribus, *Daas vocari Daák*, et „contracte *Dák*; hinc labente tempore, addita „illi sua terminatione graeca *os*, in fine forma„runt sibi nomen *Δακος*, cuius plurale *Δακοι*; et „Latini hos imitati, *Dacus*, plur. *Daci*. Sic, „cum prius hi populi vocarentur a Graecis *Davi*, „*Dai* et *Daae* (sine k), conformiter ad radicem „demum vocari coeperunt etiam Daci, *Δακοι*, „unde formatum nomen regionis *Dacia*.

„Non ignoro, etiam Slavos habere multa „nomina in *k* desinentia, non quidem in plu„rali, sed in singulari, ut Slovák, Polyák, etc. „Verum quia ex nullo indicio mihi constat, quod „olim *Dacos* ipsi vocassent *Dák* in singulari; „quin si vocarunt, cognato nomine, dixerunt „*Dgiák*, seu *Gsiák*, vel *Gsák*, ut hodie sonat „scholasticorum nomen in ore eorum; aut po„tius etiam hoc a nostris per imitationem acce„perunt, cet. — Si quid in hanc rem perti„nens in ea quoque lingua (nempe slavica) olim „exstitisset, dicerem, Graecos ab utrisque, Hun„garis nimirum et Slavis, id accepisse, ut *Dao*„*rum* seu *Daarum* nomen, interposito *k*, for„marent novum, ut esset *Δακοι*, *Daci*.“ — Haec Otrokotsi. — Ad quae respondeo:

1. Posset contra id excipi, quod *Daák* et *Deák* plurale fuerit, sed longo seculorum usu singulare factum sit; at non est necessum, cum ipse Otrokotsi postliminio rem melius perspexerit et semet correxerit, sic scribens p. 324: „Est porro modus alius, (qui tardiuscule mihi

D 2 „suc-

„succurrit), quo *Daák* et *Deák* potuit nostris a „*Daa* sic formari, ut non plurale, sed singu- „lare esset; addito nimirum paragogico *k*, ad „formam *Iszák*, h. e. potator. Hinc *Bor-nem-* „*isza*, abstemius, et *Bor-iszák*, vini potator. „Eiusdem formae nomina sunt apud nos etiam „*Lipták*, *Kozák*, *Bosnyák*.“ — Tantum! — Sed ego existimo, *Iszák* non esse magyaricae, verum slavicae terminationis: secus enim etiam *Bor-nem-iszák* esset bonum vocabulum, sed non est, et ideo in bonis Lexicis est *Bornemisza*; *Iszák* autem neque exstat in Lexicis, nisi in alio significatu, nempe mantica, saccus sarcinarius, et tunc formatum est ex slav. *wisák*, vide *Iszák*. Et ex isto *Iszák* formatum est *Boriszák*, quod est in aliquibus Lexicis, estque per contemtum saccus vinarius, i. e. magnus potator. — Si *Iszák* non est secundum etymologiam magyaricam formatum, sed ad formam slavici *pigák*, potator, et *wisák*, hippopera; eo minus sunt magyarica *Lipták*, *Kozák*, *Bosnyák*, et similia, quae pura puta sunt slavica Si enim *mák*, *rák*, *rozomák*, (meles gulo), et similia a Magyaris recepta vocabula, slavicae sunt originis, uti certe sunt, quod in hocce Elencho videri poterit; eo magis slavica sunt nomina propria gentium *Polyák*, *Prusák*, *Sasák*, *Slezák*, *Slovák*, et multa alia, ergo etiam *Lipták*, *Kozák*, *Bosnyák*. —

2. *Deák* Slavi nusquam gentium exprimunt *Dgiák*, *Gsiák*, *Gsák*, uti Otrokotsio placuit opinari; sed *diák*, *dziák*, *žák* et *žják*. Istud autem *žák*, vel *žják* factum est ex *diák* cum molliter exprimitur et monosyllabum est *dják*, *dzák*, *dzják* *džják*, omisso *d*, factum est *žják* et postea *žák*

3. Sequens hypothesis de nomine *Deák* verosimilior mihi videtur: *Daci*, sive fuerint gens slavica, sive germanica, (slavicam tamen gentem Daciam incoluisse, haud obscure conjicitur ex slavicis nominibus propriis multarum civitatum, oppidorum, pagorum, cet. in Transylvania, Wallachia et Moldavia, ubi nempe olim fuit Dacia), slavice in singulari *Dák*, in plurali *Dáci* appellati sunt, uti Slovák Slováci, Slezák Slezáci, Kozák Kozáci, et similia. Postquam autem Romani coloniam suam, sub Traiano Imperatore, ex Latio in Daciam misissent, Slavi, sive Daciam inhabitantes, sive finitimi, novos colonos mox *Wlachos*, *Walachos*, mox, antiquorum colonorum nomine, *Dácos* appellarunt. Cum vero isti novi Daciae coloni latine locuti sint, inde factum esse puto, ut Slavi successu temporis non solum Latinos, verum etiam illos, qui literis semet perpoliebant elegantioribus, (quod tunc temporis sola fere latina lingua fieri solebat), seu literatos et scholasticos, *Dák* et in plur. *Dáci* appellaverint. Et, quia illud *d* pro more suo, emolliebant atque in *d'* mutabant, *d'ák*, seu *dják* monosyllabum, hinc factum esse puto, uti fieri solet, alios aliter nomen *Dák* expressisse dixisseque et hucdum dicere *diák*, *dják*, *dziák*, *dzják*, *žák*, *žják*, uti iam superius attigi. Bohemi, Moravi, Poloni, et magna pars Slavorum in Hungaria, dicunt *žák*, *žják*, alia pars, inprimis in Comitatibus Sárosiensi, Scepusiensi, Zempliniensi, cet. *diák*, *dják*, *dziák*, *dzják*, Illyrii *diák*, et ex hisce slavicis denominationibus primum Dacorum, i. e. Daciae incolarum, postea eorum successorum seu novorum incolarum,

qui

qui tunc Latini erant, tandem propter latinam linguam, ut iam superius dictum est, etiam literatorum et scholasticorum, magyaricum *Deák* in utroque significatu exstitisse, nullus dubito.

Obser. Nihil obstat, quod Slavi novos illos Daciae incolas postea Walachos appellaverint, id enim tantum propterea factum est, quod ex Italia venerint: Italos enim Slavi nominarunt, et hucdum nominant, Wlachos, Walachos, Wolochos. — Ceterum lingua walachica, ut ut sit origine secundum quosdam latina, commixta est iam cum aliis linguis, inprimis cum slavica, cuius etiam literas, Cyrillianas nempe, Walachi adoptarunt. Vide Epistolam Viri clarissimi ac doctissimi *Georgii Sinkay de Eadem*, ad Spectabilem Dominum *Ioannem de Lipszky*, cet. datam, pag. 1. seqq. — Etiam Geographi statuunt, incolas Walachiae et Moldaviae, italico quidem genere ortos esse, sed cum Slavinis et Pacinacitis consociatos, in unam gentem coaluisse. — Pacinacitas autem etiam slavicam gentem fuisse, non est dubitandum: ipsum enim nomen eorum slavicam prodit originem. *Počjnati*, est incipere, et inde *počjnák* in singulari est inceptor, *počjnácy* autem in plurali inceptores, qui nempe inceperunt terram aliquam colere et inhabitare, quales, iudicio multorum eruditorum virorum, erant Slavi, primi nempe cultores Panoniae, Daciae, Marahaniae, cet. — Sed de his satis! — Sufficiat dixisse, magyaricum *Deák* immediate a slavico *žák*, *dziak* acceptum esse. Ceterum confer cum slavico etiam graecum διακονος.

Debretzen, Debrecinum, Debrezin, nomen urbis slavicum, quod vel inde patet, quod Illyrii hucdum eam appellent *Dobroczen*, i. e. boni pretii, scilicet locus: compositum enim est ex *dobrý*, bonus, et *cena*, pretium, non ex *dobrý cýn*, i. e. bonum stannum, uti volunt nonnulli. —

Ded, i. e. *kisded*, ein kleines Kind, est antiquum Europaeum, ex Deut, Diet, *Theod*, *Thiod*,

Thót

Thót, amicus, consanguineus, vel proximus, factum, cum quo convenit etiam slavicum *djtě*, idem significans, nempe: infans, parvulus.

Déd, avus, abavus, atavus, Großvater, Urgroßvater, cet. et *Dédös*, *Dédük*, similia, derivanda sunt etiam ex antiquo Europaeo Deut, Diet, amicus, consanguineus, aut directe a slavico *děd*, *dědek*, *děduš*, *dědáček*, *dědaušek*, Großvater, avus, abavus, *praděd*, *pradědek*, atavus, cet.

Dékány, *Dekrétom*, *Delfin* et *Delfinhal*, esse voces ex Latinis *Decanus*, *Decretum* et *Delphinus* factas, quis non videt? —

Demutka, Thymian, thymus, ex voce *thymus* et germanicum Thymian et magyaricum *Démutka* formata sunt.

Denevér, Fledermaus, vespertilio, aliqui deducere volunt ex slav. *netopjr*, quod a diversis diverse pronunciatur, nempe: Slavi in Hungaria alii dicunt *netopjr*, alii *nietopier*, Poloni *nietopierž*, Bohemi *netopeyr* et *netopýř*; ex quo si *Denevér* formatum fuisset, id fieri debuisset, et per mutationem literarum et per syllabarum transpositionem. Ceterum slavica nomenclatura pulchre convenit vespertilioni: nam *nět* vel *něto*, quod vulgo dicitur, significat *nenj*, i. e. non est, *pěr* vero vel *pěřj*, pluma, ergo inplumis, qualis est *Denevér*. —

Derék, corpus, systema, summa, et inde *Derekas*, corpulentus, membrosus, solidus, sic Páriz Pápai, qui adiectivum *Derék* omisit, cum tamen saepissime audiamus, e. g. *derék ember*, *derék katona*, similia. Apud Slavos utrumque est in usu et subst. et adiect. *Derék*: *Dřjk* enim, (vulgo *drjék*), significat 1) id, quod apud Latinos trun-

truncus, e. g. in homine pars illa corporis a capite ad pedes exclusive, vel demto capite et pedibus, et in arbore demtis ramis et radicibus, der Rumpf; 2) solidum vel summam alicuius rei, e. g. summa pecuniae, a qua interusurium solvitur, vocatur *dřjk*. — Et quia bene compactus truncus corporis multum ad praestantiam et elegantiam hominis confert, inde Slavi non tantum truncosum vel membrosum in specie, sed etiam in genere pulchrum et eximium hominem, nominant *dřjčný člowěk*, i. e. *derék ember*. *Derekas* vero etiam per *dřjčný* et *derekason* per *dřjčně* exprimunt. E quibus omnino patet, Magyaros ex *dřjk* fecisse *Derék*.

Derékally, néhol: *párna*, das Unterbett, compositum est ex slavico *dřjk*, et magyarico *ally*; *párna* autem est slav. *peřina*, quod vide sub *P*. Reliqua a *Derék* (dřjk) derivata vide in Lexicis.

Derellye, barátfül, die Piroge, eine Art Mehlspeise. Quemadmodum Piroge non est germanicum, sed slavicum: ita etiam *Derellye* Slavonismum sapit, *drelle*.

Deres, i. e. *Kaloda*, der Stock, etiam slavice *deres*, a verbo *deru*, quod inter alia etiam vehementer percutere significat; et *kaloda* est *klada*, quamvis apud Slavos *Klada* et *Deres* distinguantur, uti vulgo notum est.

Deresle, die Silge, selinum, quia slavicum *petržel*, f. multis in locis dicitur *petržele*, neutr. hinc ex hoc puto formatum esse *Deresle*, omissa prima syllaba *pe-* ex reliquis *trželé* factum est *terzsele* et *deresle*. —

Derétze, veronica baccabunga, Bachbunge, slav. potočnjk; sed propter striaturam foliorum a nonnullis dicitur *děrawice*, inde *Derétze*.

Der-

Dertze, species polentae vel potius furfuris, etiam slav. *derce*, plur. et *derc*, sing. rectius *dert̃*, et inde *drtjm*, frio, tero, *drt̂* autem et *drtina*, est friatum, contritum; cum vero illud *t̃* multi tamquam *cz* exprimant, inde ortum est *drc*, *derc*, *dercz* et *dercze*.

Désa, *dézsa*, scaphium, das Schaff, cet. est slav. *djža*, polon. *dzieža*, boh. *djže*, illyr. et moravice *djža*, ex quo magyaricum *Dézsa*.

Obser. *Djža* non est alveus pistorius, Backtrog, tekenö; sed eiusmodi vas ligneum pistorium, quod uti dolium ex assulis compositum est, superius arctius, inferius ad fundum latius, et vocatur *mactra*. Propter haud exiguam similitudinem, in Bohemia dimin. *djžka*, significat *mulctrum*, Melkfaß, Melkkübel, quod tamen apud plerosque Slavos et Russos longe aptius dicitur *dognjk*, a *dogjm*, mulgeo; in quo siginificatu etiam apud nonnullos Magyaros et *Dézsa* et dim. *Dézsátska*, *djžka*, *dižečka*, non est inusitatum.

Deszka, est purum putum slavicum *deska*, quod Moravi, Poloni et Bohemi habent, Russi et quidam Slavi in Hungaria dicunt *doska*, Illyrii *daszka*, Brett, asser.

Deszkabólt, compositum ex *deszka* et *bólt*, quod vide sub *B*.

Deszkaláda et *Deszkapadlás*, pariter composita sunt ex *Deszka* et *láda*, quod vide sub *L*. et *padlás*, quod vide sub *P*.

Deszkázni, dielen, ita provenit a *deszka*, uti a *kasza kaszálni*.

Dézma, Zehent, slav. desátek, sed vulgo etiam *děžma*, formatum ex latino *Decimae*. Sic etiam *dézmálás*, *dézmálni*, etc.

Dik-

Diktálás, *Diktálni* et *Diktamnos*, ex lat. vocibus *dicto*, et *Dictamnus*, Diptam, formata esse, nemo dubitabit.

Dinnye, die Melone, melo, pepo. In Gram. Debr. p. 334. sequentia lego: „*Dinnye*, *Hindüane*, „pers. quia venit ex India." — Undecunque venit, sufficit, nostros vix a Persis, sed potius a Slavis vocem hanc didicisse, qui etiam *djně* et *dyně* dicunt. Russi habent *dinja*, Illyrii *dinya*, et Slavi in Hung. omnes in sing. etiam *dinya* vel *dynya;* sed in plur. *dinye* vel *dyňye.* In Comenii libris, qui Moravus fuit, etiam invenitur *dyň* et *dyně*, et in Nomencl. Weleslavini, Bohemi, *melauny*, *djně*, melones, pepones.

Obser. Nulla Europaearum Nationum habet vocem *Dinnye*, praeter Slavicam et Magyaricam; merito itaque quaerere possumus: quae natio prius cognovit melones et pepones, nomenque *Dinye* eis indidit? — Resp. ex Gram. Debr. p. 351. Nro 5. „A' „melly miénkhez hasonlító idegen szó, nem tsak „magában az anya nyelvben megvagyon, hanem an- „nak az ágazatiban is; attól jött a' miénk, melly „ahoz hasonlít, nem pedig a' miénkből. És így ha „az illyen szó, nem tsak a' *Tótban*, hanem a' „*Tsehben*, *Rátzban*, *Lengyelben*. — feltaláltatik, „az valóságos idegen szó. Illyenek: *Drága*, 's a' t." — Ergo etiam *Dinnye:* quia in omnibus dialectis linguae slavicae reperitur.

Diribdarab, Stückwerk, *Diribelni*, zerstückeln, vide *Darab* et *Darabolni.*

Diskánt hang, Diskantstimme, est *Discantus.*

Disputálás et *Disputálni*, est *Disputatio* et *Disputare.*

Disznó, sus, Sau, Schwein, swině, vulgo swiňa. *Disznó* pertinet inter illa vocabula, quae in Gram. Debr. p. 352. notata sunt, tanquam incertae

certae aut dubiae originis. Ego non omnia, sed pleraque horum vocabulorum ita indagabo et explicabo, ut originem eorum adinvenire possim. Iam feci periculum in voce *Bolond*, quam vide; nunc scrutabor vocem *Disznó*. — In omnibus quatuor cardinalibus linguis Europaeis eadem est porci vel suis primaria et generalis denominatio; (speciales enim in qualibet harum, praesertim in slavica, quam plurimae sunt et diversissimae); adeo, ut vix quidpiam dubii supersit, eam in omnibus quatuor linguis a primitiva syllaba *sy*, *sü*, derivari, quae quidem in primitiva generali omnium quatuor linguarum porci denominatione hucdum manet; sed post aliquot millia annorum, a quo tempore enata est, notabiles iam in ore harum quatuor gentium perpessa est mutationes. Ponamus primitivam illam syllabam *sy* vel *sü*, ad quam Graecus tantum *s* addidit, habuit *sys*, *süs*, Latinus nihil immutavit, tantum mediam literam *y* in purum *u*, et habuit *sus;* Slavus et Germanus, (istae duae magnae gentes diutissime simul erant, postquam iam a Graecis et Latinis discessissent), — iam maiorem fecerunt mutationem, et quidem Slavus primitivae illae syllabae addidit *i* et fecit *sui*, *s* vero graecum et latinum mutavit in *n*, et habuit *suin*, et sine dubio ita Slavi antiquissimi *suem* vocabant; sed successu temporis terminationem foemininam addendo *ia*, exstitit *suinia*, quam vocem ad hanc usque diem omnes ubique gentes slavicae originis ita exprimunt, tantum quod *u* in *v* seu *w* mutaverint, *svinia*, (*swiňa*) et soli Bohemi puriorem terminationem in *e* formaverint, *swině;* Germanus autem ex primitiva syl-

syllaba *sü* fecit Sau, *s* non adiiciendo; in voce Schwein vero videtur exemplum Slavi secutus esse, aut, ut verosimilius dicam, utraque gens videtur primo, cum simul adhuc fuisset, *suin* dixisse, cui Slavi foemininam terminationem *ia* addiderunt, Germani vero, non adeo pridem, *i* in *ei* et *s* in *sch* mutaverunt, sic habent Schwein. — Iam *Disznó* aut erit ex germ. die Sau, aut ex slavico *svinia*, (*swiňa*), in vocat. *ty swiňo!* tu porce! aut *jdi szvinio!* apage porce!

Ditsőség, Ruhm, gloria, factum est ex slavico *djčjm*, *djčiš* (l. ditsis), *djčiti se*, sich rühmen mit Recht, gloriari, superbire, (iure), quod apud plures slavicas gentes praeprimis in Serbia, Bosnia, Hercegovina ac in parte Hungariae in usu est; ex hoc *djčiti* formatum est etiam *ditsekedni*, sich rühmen, gloriari, et *ditsérni*, laudare, loben, etc. — Confer etiam cum slavico *djka*, *wděčiti*, *wděčny* etc.

Dohány, der Taback, Nicotiana tabacum, etiam hanc vocem ego merito inter illas refero, quae Gram. Debr. pag. cit. incertae originis esse censentur, quam non esse antiquam, vel ex historia herbae istius scire possumus, quae tandem anno 1560 per Ioannem *Nicotum* in Europam adlata est, unde *Nicotiana* dicitur, et ab insula americana *Tabago*, ubi eam Hispani invenerunt, *Tabacum*, et inde in aliis etiam linguis *Tabák*. — Cum autem variae eius sint species, optimam speciem foliis longissimis, Slavi, pro more suo, videntur vocasse *dlháň*, ab adiectivo *dlhý*, boh. [*dlauhy*, pol. *dlugij*, russ. *dolgij*, longus, et] illam speciem, ut operae pretium sit, maxime amabant plantare, quae longissima

habuit

habuit ſolia, et ideo *dlháň* ab ipsis dictam esse existimo: solent enim illi etiam in aliis sic facere, ut adiectivum cum aliquo substantivo positum mutent in substantivum, e. g. ex ublwáný člowěk vel obraz fecerunt blwoň, bolwáň, vide *Bálvány;* ex welmi wisoký, welmi dlauhý člowěk, praealtus, praelongus homo, fecerunt Bohemi dlauhoš, dlauháň, Slavi dlháň: sic etiam ex dlauhý tabák, longum tabacum, fecerunt *dlháň*, ex quo Magyari, cum incepissent herbam nicotianam plantare, facile formarunt *Dolhány*, interponendo inter duas consonas *dl* vocalem *o*, more Russorum, qui non dicunt *blwoň*, sed *bolván*, non *dlháň*, sed *dolgáň* vel *dolhány;* Magyari vero, non amantes concursum consonarum, etiam *l* suo tempore exmiserunt, et sic exstitit *Dohány*, cum omnibus, quae ab hac voce apud Magyaros derivantur.

Doktor, est purum latinum, *Doctor* Medicinae, Philosophiae, cet.

Dolmány, tunica, ein kurzes ungriſches Kleidungsſtück, etiam ad eiusmodi voces pertinet, quae Gram. Debr. pag. 352. incertae ponuntur originis, et, etiam si in eadem Gram. Debr. p. 334. cum turcico *Tolmán* comparetur, eo non obstante, ego existimo, et Turcas suum *Tolmán* et Magyaros suum *Dolmány* a nationibus slavicis accepisse: Slavi enim non tantum in Hungaria et Illyrico, sed etiam in Turcia Europaea, dicunt *Dolmán*, *Dolomán; dol*, *dole*, *dolů*, infra, autem, et *dolnj*, inferior, esse slavicum, et *mán*, *manteau*, *mantl*, *mentik*, esse Europaeas voces, satis notum est. *Dolmán* itaque seu *Dolomán*, quod aliqui uti Magyari in ſine emolliunt dicuntque

Dol-

Dolmány, *Dolomány*, significat vestem inferiorem, super quam scilicet alia induitur, uti e. g. super tunicam induitur chlamys, pallium, rheno, vestis pellicea, similia.

Dolog, res, opus, negotium, das Ding, die Sache, die Arbeit, das Geschäft, die Verrichtung, Beschäftigung. Res est slav. *wěc*, opus et negotium inter alia *djlo*, cum quo quadamtenus convenit quidem nostrum magy. *Dolog*; sed ab hocce *djlo* nolo deducere *Dolog*, uti id fecit Faustus Verantius in suo Dictionario quinque linguarum, potius a primaria radice *dlğ*, *dlh*, quod inter alia debitum negotium significat, et inter gentes slavicas varias passum est mutationes, primum enim dicebatur *dlg*, et hucdum in ore plebis in Hungaria est *dlh*, postea *dlug*, boh. *dluh*, pol. *dlug*, illyr *dung* et *dlug*, russ. *dolg*, et cum hocce postremo maxime convenit *Dolog*. Huc pertinent derivata: *dolgos*, *dolgosság*, *dolgotska*, *dolgozás*, *dolgozni*, *dolgozó*, *dologtalan*, cet.

Domika, *katrabotza*: Käsesuppe, sine dubio a Slavis didicerunt et praeparare, et nominare iusculum casearium, quod illi *demikát*, forte a *micis* casei et panis, nominant; et quia Catharina quaedam Botzensis, slav. *Katra z Bocy*, optimum praeparare scivit eiusmodi iusculum, hinc nomen adhaesit huic iusculo *Katrabotza*, i. e. iusculum Catharinae Botzensis. *Botza* est in Comitatu Lyptoviensi.

Domokos et *Domonkos*, est nomen propr. *Dominicus*.

Donga, assula, Daube, slav. *duha*, boh. *dauha*, illyr. et russ. *duga*, polon. *donga*, quod ultimum simile est magy. *Donga*.

Obser.

Obser. Vocabulum hoc esse Europaeum, inde patet, quod non solum gentes slavicae per omnes dialectos idem habeant, verum etiam Galli *Douve*, Hollandi *Duyge*, Germani Daube et Dauge, unde et latinitate mixta dicitur *Doga*. Nostri enim Magyari, qua Nomades, non habebant olim dolia aut similia ex dogis seu assulis composita vasa; verum tantum aliqua vasa, quae facile portari poterant, inde *hordó*, portans, sed et portantibus serviens et potum praebens, qualia orientales habuisse, historia docet, e. g. bőr-hordó, bőr-zsák, boros-tömlő, uter, Schlauch. Propterea neque circulos vietorum habuerunt, vide *Abronts*.

Donha, *duhna*, *dunha*, pulvinar, culcitra plumea, est ex slavico *duchna*, quod descendit a *duch*, flatus, spiritus, inde culcitra quasi *duchaná*, *nadauchaná*, inflata, unde etiam Germanorum aliqui acceperunt Dunne, pluma, et nostri Magy. *Donha*, *duhna*, *dunha*, *dunna*.

Obser. *Duchna* est tantum plumea culcitra. Flaumfederbett, vel ein mit Flaumfeder ausgestopftes Bett, pluma praestantissima refertum et quasi inflatum pulvinar: nam pluma deteriori impletum vocatur simpliciter *peřina*, vide *Párna*.

Doromb, crembalum, Brummeisen, Maulbrommel, slav. *drmla*, *drombla*, *drumla*, *drumbla*, polon. *dremla*, *drembla*, boh. *drnda*, *drndačka*, russ. *dorombla*, (et vorgan, i. e. organum), ex *drombla* factum esse *dorombla*, et ex hoc, omisso finali *la*, nostrum magy. *Doromb*, certum esse puto.

Obser. Simplicissimum istud organum musicum in ore slavicarum gentium tam multas passum est mutationes, uti e. g. *zemla*, quod alii *zembla*, alii *zemia*, alii denique *zemie* et *zem* exprimunt: sic *drmla*, alii *drombla*, *drumla*, *drumbla*, alii *dremla*, alii denique *dorombla* dicunt, ex quo Magy. *Doromb*. Boh. ex radice *drm*, Germ. Brumm, fecerunt *drn* et inde *drnda*, *drndačka*.

Do-

Dorong, pertica, vectis, Hebel, Stange, Walze, slav. *drúg*, *drúh*, *drúžek*, boh. *drauh*. dim. *draužek*, polon. *drong*, ex quo nostri Magyari, interposita primis consonis vocali *o*, formavere suum *Dorong*, cum deriv. *dorongos*, *dorong-forma*, walzenförmig, et *dorongosfánk*, Prügelkrapfen, vide *Fánk*.

Dorottya, est nomen proprium ex graeco-latino *Dorothea*.

Dorsgadótz, factum est ex germ. Dorsch, et lat. *Gadus* cellaria.

Dózis, die Dosis, est latinum *Dosis*.

Drabant, satelles, der Drabant, Trabant, non descendit ab inusitata radice hebr. דרב *Darab*, uti vult Otrokotsi Orig. Hung. P. I. p. 297. eo minus a chald. *Darbonain;* verum potius a germ. Trab, et inde Trabend, vide *Darabant*.

Drága, carus, theuer, est slavicum *drag*, *draga*, *drago*, illyr. et croatice *dragij*, polon. *drogij*, russ. *dorogij*, et *dragij*, boh. *drahý*, *drahá*, *drahé*, adiect. trium terminationum, uti lat. carus, cara, carum. Uti in plerisque vocabulis videre est, nostris Magyaris, cum a Slavis aliquod adjectivum acceperunt, plerumque secundam terminationem, nempe foemininam in *á* desinentem, placuisse, e. g. ex *němá*, muta, fecerunt *néma*, ex *čistá*, casta, *tiszta*, ex *tupá*, *tempá*, hebes, obtusa, *tompa;* sic etiam ex *dragá*, cara, *drága*, tantum quod ultimam syllabam, quae Slavis longa est, abbrevient. *Drága* itaque cum omnibus derivatis, *drágálás*, *drágálni*, *drágán*, *drágaság*, cet. et compositis *drága kö*, *drága kints*, aliis, est slavicae originis.

Drago-

Dragonyos, factum est ex Dragoner;
Drakma vero ex *Drachma.*
Drájdrót, (matéria) est ex Dreydrath, (ein Zeug).
Dromedár, camelus, *dromedarius*, der Dromedar.
Drót, filum tortum, ferreum, metallicum, cet. factum est ex germ. Draht, vulgo Droht, quod descendit a verbo drehen, circumagere, torquere, et omnibus gentibus germanicae originis est usitatissimum cum permultis compositis, vide Adelungii Lexicon Gramm. Crit. sub Draht.
Drusza, der Namenskamerad, socius eiusdem nominis, est genuinum slavicum *drusa*, aut plenius *druhgsa*, *drugjsza*, i. e. quasi *druhý gá gsá*, alter ego, aut sodalis, socius meus, eodem mecum nomine gaudens: nam *drug*, *druh* est socius, sodalis; et *gsa* est transgressivi modi praesens ,cum sim, sis, sit, seu participium. —
Duda, der Dudelsack, Sackpfeife, slav. *dudy*, quod et Bohemi et Poloni, aliique Slavi sic nominant, descenditque a verbo *dugi*, flo, inde *dutý*, *nadutý nástrog*, inflatum instrumentum, breviter *dudy*, ex quo derivantur: *dudálás* et *dúdolás*, *dudánj*, *dudás*, *dudař* et *dudáš*, *dudálni* et *dúdolni*, *dudati*, etc. —
Dufla, fein, depravatum est ex *dupla*, quod vide.
Duga, die Daube, est purum slavicum *duga*, *duha*, vide *Donga.*
Duhna, *dunha*, *dunyha*, est slav. *duchna*, vide *Donha.*
Dunna, slav. *duchna*, vide *Donha.* Inde factum est
Dunna lúd, anas mollissima, die Eidergans.
Dupla, ex lat. duplus, *dupla*, duplum, doppelt, fein.

Obser. Ecce, etiam hic placuit nostris Magy. secunda terminatio *dupla.*

Duplán, duplo, dupliciter, et *duplázni*, est duplare duplicare.

Durántzai-baraszk, — *szilva*, ex latino *durantium* vel *duracinum;* ceterum *Baraszk* vide sub *B*. et *Szilva* sub *Sz*.

Durtza, *Durva*, *Durzadt*, et similia, mihi sunt suspecta, nec videntur habere naturale etymon magyaricum, verum potius Slavonismum redolent, et cum istis comparari possunt vocabulis, eundem sensum habentibus: *durný*, *drawý*, *drslawý*, *drsnatý*, *drzý*, cet. —

Duska, haustus votivus, *duskát innya*, amystide bibere; *Duska* certe factum est ex slav *dúšek*, genit. *dúška*, boh. *daušek*, genit. *dauška*, illyr. *duscjak*, polon. *dussiek*, gen. *dusska;* hinc dicunt Slavi: *na daušek* aut *dauškem pjti*, et Poloni *dusskiem picz*, uno halitu haustum facere, vel uno haustu ebibere, amystide bibere; descendit vero a *duch*, spiritus, halitus, dimin. *dúšek*, *daušek*. Inde etiam descendere videtur, nempe a *duch*, halitus, *duszkdlni* vel *duskálni* az ételben, dauchati na pokrm, a nechtjti gjsti, die Speise anblasen, und nicht essen wollen.

Dútz, *kenyér dútza*, tuber panis, *dútzos kenyér*, panis turgidus, ex slav. *dut*, *dutina*, et quia multi Slavorum molle *t*, i. e. *ť*, (ty), exprimunt, uti Poloni, per *c* (tz), inde nostri Magyari fecerunt suum *dútz;* et 2) *galambdútz*, ex *holubj dutina*, (*ducyna*).

Duzma, *duzmadt*, *duzzadt*, *duzzogni*, 's a' t. ista omnia, et similia, etiam a slav. *dutj*, flatus, *dutý*, *nadutý*, inflatus, tumidus, possunt deduci. Huc pertinet proverbium slavicum: Kdo se duge,

necht

nechť se szuge, a' ki duzzadt, vesse le a' tsizmáját, i. e. vana est sine viribus ira.

Dögönyeg, dolon, Dolch in einem Stab, ita deduci potest a germ. Degen, uti *köpenyeg* a slav. *kepen*, et inde *dögönyözni*, prügeln.

Dömötzki, Damascena materia, quae dicitur slavice *damašek*, et adiectivum *damašský*, cui simile magy. *Dömötzki*.

E.

Ebéd, das Mittagsessen, Mittagsmahl, prandium, formatum est ex slav *oběd*, quod Slavi Panonii, Moravi, Bohemi, Russi, et Illyrii pariter *oběd*, *objed* exprimunt, Poloni vero *objad*, et Croatae *obid*, ex quo, mutato *O* initiali in *E*, et in medio *ě* vel *i* in *é*, exstitit magy. *Ebéd* et *ebédleni*, *obědwati*, cum omnibus ab *ebéd* derivatis et cum eodem compositis.

Ebénfa, est ex latino *ebenum*, *ebenus*, uti et german. Ebenbaum formatum.

Egres, Stachelbeere, ribes grossularia, etiam slavice dicitur *egres*, boh. *angrešt*, ex lat. *agresta*, ital. *agresto*, unde etiam quidam Germanorum habent Agrest.

Eke, der Pflug, aratrum, formatum est sive ab Egge, *occa*, sive ab ackern, arare, sive denique ab antiquo slavico instrumento arandi, *hak* nuncupato, quo etiam hucusque Slavi in montibus habitantes utuntur, et hocce instrumento arare dicunt *hakowati*, quod tamen diversum est a germanico hacken.

Ekegerendely, Páriz Pápai habet bura, buris, cum tamen hoc sit *Ekeszarv*, Clar. Márton der Riester, (Rüster?); sed Slavi nominant *griedel*, Boh. *hřjdel*, Pol. *gržendel*, cum quo convenit magyaricum *Gerendely*, scapus aratri, etiam Germani Slavis vicini nominant der Gründel beym Pfluge, vide *Gerendely*.

Elefánt, est ex lat. *elephantus*, *elephas*, uti etiam germ. Elephant, quod gentes slavicae sua lingua exprimunt *Slon*.

Elemifa, formatum est ex amyris *elemifera*, uti etiam germ. Elemiharzbaum.

Elim est *elymus*, herba.

Elpalástolom, et *elparlagulni*, vide *Palást* et *Parlag*, a quibus descendunt.

Elpártolok, *elpazárlom*, *elperselem*, *elpirulni*, *elprédálni*, *elpusztitani*, 's a' t. etiam ista vide sub *P*.

Elszabaditom, *elzálogositom*, *elzárom*, omnia a Slavicis, vide sub *Sz.* et *Z.*

Emendálás, *emendálom*, ex lat. *emendatio* et *emendo* formata sunt.

Endivia, est latinum *endivia*, ex quo etiam Germ. Endivien.

Eolus est *Äeolus*, der Aeol.

Eper, *Eperj*, formatum est ex germ. Erdbeere, hinc etiam *földi eper*, fragaria vesca, Erdbeere, *fai eper*, die Maulbeere, *eperalma*, Erdbeerapfel, *eperfa*, morus, der Maulberbaum, et *eperparéj*, blitum, die Beermelde.

Ércz, *értz*, est germanicum Erz, aes.

Erdei bika, *kakás*, *matska*, *paprád*, *tseresznye*, omnia sunt slavica, quae vide sub *B*, *K*, *M*, *P*, *Ts*; et *erdei snef* ex germ. Waldschnepfe.

Erdél

Erdél, Transylvania, slavice etiam *Erdiel*, venit a slavica radice *ruda*, *rda*, *rza*, *rdjti*, *rděl*, carniolice et croatice *erda*, bosn. *argdia*, quod metallum, et metallifodinas denotat, unde *Erdél*, regio in qua metalla et fodinae dantur: quo refer etiam nomina propria *Rudno*, *Rudnica*, *Rudawa* etc. — Vide uberius sub *Abrud-Bánya*.

Ereklye, Reliquien, formatum est ex lat. *reliquiae*.

Eretnek, der Ketzer, factum est ex voce *Haereticus*.

Ergófia, nihil est aliud, quam contractum ex *Geographia*.

Erkély, Altan, Lusthaus, etiam Slavi, inprimis in Bohemia et Moravia, similem habent vocem *Arkýř*; acceperunt a Germ. Aerker vel Erker, podium moenianum.

Ernye, formatum est ex nomine proprio *Irenaeus*.

Er'sébet, Elisabeth, est *Elisabetha*, slav. *Alžběta*.

Érsek, der Erzbischof, Archiepiscopus, formatum est secundum gallicum *Archeveque*.

Értz, vide *Ércz*;

Értzbánya autem, die Erzgrube, compositum est ex germ. Erz et slav. *baňa*, boh. *báně*, quod vide sub *B*.

Eskola, *iskola*, *oskola*, *schola*, est vox in omnibus cardinalibus Europaeis linguis ferme aequalis, lat. Schola, graece *Σχολη*, germ. Schule, slav. *Škola*; et quia soli Slavi ex *ch* fecerunt *k*, nostri Magyari eos imitati sunt, tantum vocalem praeposuerunt voci *škola*, sic exstitit *eskola*, *iskola*, *oskola*. — Et recte sic etiam

Espék, *ispék*, *spék*, ex germ. die Spick, der Speck zum spicken.

Espély, clavus ligneus, sine dubio ex germ. Speiler, paxillus, aut ex Haspel, sucula.

Espe-

Esperest, Archidiaconus, der Senior, mihi videtur contractum esse ex voce *Superintendens*, non ex *Presbyter*, uti vult Gram. Debr. p. 336.

Estráng, *istráng*, funis, restis, est ex germ. der Strang.

Eszteke, *iszteke*, die Pflugreute, Pflugscharre, rallum, formatum est ex slav. *styk*, boh. et morav. *otka*, utrumque a verbo *tknu*, et compositum *stknu*, *otknu*, attingendo rado vel derado, inde *styk* et *otka*, radula, rallum. Nostri Magyari cum incepissent arare, sine dubio ex *styk*, primum fecerunt *esztik*, et cum tempore cultius *eszteke*, *iszteke*.

Esztena, Cl. Márton habet *pásztori kalyiba*, i. e. *pastýřská koliba* vel *chalupa*, die Schäferhütte, Cl. David Szabó autem in kisded Szótár, juhkas, juh-kosár, juh-rekesz; sed quidquid sit, *esztena* certe est vox slavica, *stěna*, paries, in omnibus slavicae linguae dialectis obvia.

Eszterág, *esztrág*, ardea ciconia, neque a germ. Storch, neque a graeco *Storge*, (vide Gram. Debr. p. 342.) provenire videtur; sed a slavico *jestráb*, accipiter, Habicht, omisso ab initio *j*, et mutato in fine *b* in *g*, exstitit *esztrág*, postea *eszterág*.

Eszterenga, *esztrenga*, der Melkstall, non descendit a Strenge, neque a *stringo*, (uti Gram. Debr. pag. 342. asserit), sed ab antiquo slavico *sztrenga*; nunc *sztronga*, *sztrunga*, boh. *strauha*, quod inter alia *striam* significat, qua oves ad mulgendum pelluntur.

Esztergály, *esztergályos*, *esztergár*, *esztergáros*, Drechsler, tornator, non descendit a graeco *Astragálos*, (vide Gram. Debr. p. 336.) sed a slavico

sztru-

sztrugal et *sztrugár*, quo hucdum Illyrii atque Croatae utuntur; derivatur vero a verbo *sztrugám*, boh. *strauhám* et *saustrugi*, torno, drechseln, et ab hoc verbo est tornator inter gentes slavicas *sztrugal*, *sztrugár*, boh. *struhář* et *saustružnjk*.

Esztergom, Strigonium, Gran, formatum est aut ex *Istrograno*, aut ex slav. *Ostřihom*, *Osztrigom*.

Eszterha, Estrich, Schirmdach, quia Dach, tectum, slav. est *střecha*, etiam Schirmdach erit *střecha*, in alio significatu, et ab hocce slav. *střecha* certe descendit *eszterha*, quia apud Illyrios dicitur *sztreha*, apud Croatas *sztriha*, et quia descendit a verbo *stru*, sterno, tego, velo; fieri potest, etiam germ. Estrich derivari a slav. *střjti*, sternere, cet. quia ipse Celeb. *Adelung* asserit, exspectari feliciorem originis Estrich disquisitionem, vel Aesterich.

Obser. Otrokotsi Orig. Hung. P. II. pag. 100. seqq. nomini *Ister* antiquissimam originem scythicam daturus, sumit in auxilium etiam praecedentes voces: *eszterág*, *esztergár*, *eszterha*, quas ille existimat vere esse antiquas magyaricas, cum tamen ex genuina derivatione pateat, eas esse originis slavicae.

Esztrág et *Esztrenga*, vide superius *Eszterág* et *Eszterenga*.

Etset, setaceum, Bürste, factum est ex slav. *štět*, dim. *štětka*, quod idem significat, et plerumque pronunciatur non *styet* sed *stset*, inde *estset* et cum tempore facilius *etset* nostri Magyari formaverunt. Sic etiam

Etsetpázsit, Alopecurus, compositum ex *Etset* et *Pázsit*, vide *Pásit*.

Etzet, der Essig, slav. boh. polon. etc. *ocet*, illyr. *oczat*, a latino *acetum*.

Evan-

Evangyélikus, *Evangyéliom*, *Evangyélista*, sunt graeco-latina.

Evezni, *evedzeni*, rudern, videtur factum esse ex slav. *wezu*, veho, imperat. *wez*, magy. *evez*, *evedz!* quo verbo Slavi utuntur de vehendo non solum curru, verum etiam navi, uti patet inter alia etiam ex Bibliis, Lucae 5, 4. wez na hlubinu! evezz a' mélységre!

F.

Fábrika, die Fabrik, est latinum *Fabrica.*

Faeton, der Tropikvogel, est *Phaeton.*

Fajansz, opus Faventinum, pseudoporcellanicum, quia eiusmodi vasa parantur in civitate Papali Faventia, Faenza, gall. *Fayense*, inde *Fajansz.*

Fáklya, Fackel, slav. *fakla*, ex lat. *Facula*, dim. a fax.

Falangya, Pók, Krebsspinne, est *Phalangium.*

Fa-lapát, *- moh*, *- molly*, *- olaj*; *Fa* est genuinum magyaricum; sed reliqua omnia sunt originis slavicae, quae vide sub *L*, *M* et *O.*

Falaris, est herba dicta *Phalaris*, uti et

Farnátz, *Pharnaceum.*

Fánk, der Krapfen, certe ex germ. Pfannkuchen formatum est.

Fársáng, *fássáng*, bachanalia, etiam slav. *fašank;* sed utrinque a germ. Fasching.

Fasina, fascis virgultorum, etiam slav. *fašina*, et germ. Faschine.

Fásli, *fátsli*, *fascia*, germ. Fatsche, vulgo Fatschel, slav. fáč, fáček.

Fás-

Fáslizni, *fátslizni*, einwindeln, einfaschen, fatscheln, fascia ligare.
Faspék, compositum est ex magy. *fa*, lignum, et germ. Spicker, clavus.
Fátyol, Schleyer, der Flor, slav. etiam *fátěl fáťol*, et *patêlat*, *paťolat*.
Fátyolka, Florfliege, Landlibelle, hemorobius, Linn. slavice etiam dicitur *fátělka*, *fáťolka*, et *patělatka*, ipsa etiam terminatio Slavonismum sapit.
Fátzán, der Fasan, slav. *bažant*, ex lat. *phasianus*.
Favilla et *fazár*, composita sunt ex magyarico *fa*, lignum, et slav. *widly* et *zdwora*, vide *Villa* et *Zár*.
Fazuly, est ex lat. *Phaseolus*, vide *Fuszuly*.
Fegyver, arma, videtur ex germ. Gewehr formatum esse.
Fegyverderék, thorax, ex eodem Gewehr et slav. *dřjk* compositum est, vide *Derék*.
Fékzabola, orca, compositum est ex magy. *fék* et slav. *zuballo*, vide *zabola*.
Felestököm, *fölöstököm*, *fröstök*, *früstök*, ientaculum, certe ex germ. Frühstück formatum est, quemadmodum etiam *fölöstökömölni* et *fröstökölni* ex frühstücken.
Fellajtár, vulgo etiam *furájtár*, antecessor equester, ex Vorreiter.
Félkrajtzár, halber Kreuzer, et *félpénz*, semissis, composita sunt ex magy. *fél*, semi, et germ. Kreuzer, atque slav. *penjz*, vide sub *K* et *P*.
Fenyö, Tanne, Fichte, sine dubio factum est ex lat. *Pinus*.
Ferje, formatum est ex herba sic dicta *Ferula*.
Fertály, quadrans, ex germ. Viertheil aut Viertel factum est.

Fige

Fige, ficus, Feige, boh. fjk, slav. *fiğa.*

Filágó, est ipsa herba *Filago.*

Filegória, das Lusthaus, in Gram. Debr. pag. 347. comparatur cum slavico *přjkrewa*, (rectius přjkrow, přikrywadlo, přikrýwka, i. e. tegmen, tegmentum, operculum); sed *Filegória* cum his nullam habet similitudinem. — Slavi etiam dicunt *filağoria*, *fileğoria*, purius slavice *wyleğoria*, *wylehorya*, quod posset quidem derivari a verbo *wyleğujem*, purius *wylehugi*, i. e. recubo, et sic *wyleğorya* significaret locum recubationis aut recubitus, seu nubilarium, ubi homines recubare solent; sed nonne etiam Slavi vocabulum *wyleğorya* ab Italis didicerunt? apud hosce enim est *Villa Giraud*, amoenissima villa voluptaria, non procul Roma. Inde certe facile transire potuit denominatio nubilariorum ad alias nationes, etiam ad Slavos et Magyaros, qui ex *Villa Giraud*, facere potuerunt *Villagoria*, *Vilegoria*, et postea *Filagória* et *Filegória.*

Filemile, luscinia, die Nachtigall, formatum est ex graeco *Philomela.*

Filidál; factum est ex nomine herbae *Philadelphus* dictae.

Fillér, obolus, ein Pfenning, sine dubio factum est ex germ. Viere, Vierling, Viertelkreuzer, (non ex Häller, Gram. Debr. pag. 342.) —

Filosóphia, *Filosófia*, Weltweisheit, est graecum *Philosophia.*

Finom, *finum*, subtile, praeclarum, formatum est ex germ. fein.

Firhang, est purum putum germanicum, Fürhang, Vorhang.

Fir-

Firkálni, frißeln, sine dubio ex lat. *fricare* formatum est.
Firnátz, Firniß, slav. fermež, ex lat. *vernix*, quod idem significat.
Fizika et *Fizonómia*, facta sunt ex graecis *Physica* et *Physiognomia.*
Flastrom, das Pflaster, utrumque ex graeco-latino *emplastrum.*
Flinta, catapulta, fistula ignifera, ex germ. Flinte.
Flóra, est latin. *Flora.*
Flóta, die Flöte, sic etiam *flótázni*, flöten, cet.
Fogni, capere, est germ. fangen.
Fogoly, perdix, convenit cum germ. Vogel, avis.
Fóka est *Phoca.*
Földás, *földom*, *földozom*, cet. ex germ. falten, plicare. Sic etiam
Fólt, Falte, *fóltozni*, falten, flicken, cum omnibus derivatis.
Font, *funt*, libra, ex germ. Pfund cum omnibus derivatis *fonterány*, *fonterányos*, *fontolni*, *fontos*, cet.
Forma, *formátska*, ex lat. *forma*, *formula*; inde etiam *formálás*, *formálni*, reliqua.
Forspont, die Vorspann, et
Fortély, der Vortheil, Kniff, die List, sunt germanica cum omnibus derivatis, e. g. *fortélyos*, *fortélyoskodni*, etc. —
Föt, i. e. *fölt*, plicamen, ex germ. Falte.
Föld, terra, convenit cum germ. Feld, campus, rus, (vide Gram. Debr. p. 342. uti ibidem perhibetur p. 258. — „*Föld*, a' németben Feld, „és így idegen szó," — i. e. *föld* in germanico est Feld, ergo est vox peregrina), — non possum credere: quomodo enim, quaeso, accidere po-

potuisset, ut nostri Magyari terram nominare nescivissent? nisi forte longa sua peregrinatione antiquum vocabulum deperdidissent et sic germanicum ascivissent. — Finni et Esthones habent *má*, Lappones *aednam*, Mantschi seu Woguli in montibus Jugoricis *mánka*, et sic gentes istae terram nominant. — *Otrokotsi* Orig. Hung. P. I. p. 300. et *Föld* et Feld deducit quidem a Chald. *phelag*, divisit, et putat *föld* esse divisam ab aquis, cet.

Fölöstököm est Frühstück, ientaculum;

Fragmonta autem lat. *fragmentum.*

Frajtzimer, formatum est ex Frauenzimmer; et

Frakk, est germ. Frack.

Fraktura, dolosa machinatio, non est lat. *fractura*, sed depravatum est ex *Practica*, uti etiam Germani Praktike, et Slavi *praktyka* dicunt in hoc significatu.

Fregát, est die Fregatte.

Frigy, foedus, ex germ. Friede factum esse videtur, et inde *frigyes*, *frigyláda*, etc. —

Fris, pectorale foemineum, sine dubio ex germ. Fries factum est.

Friss, recens, cet. ex germ. frisch, et inde *frissen*, *frissétés*, *frissitni*, alia.

Fritska, talitrum, Nasenstüber, est slavicum *frčka*, idem significans.

Frizér, est gallicum *Frizeur*, unde et germanicum Friseur, Frisör.

Früstök, est Frühstück, et *früstökölni*, frühstücken, ientare.

Fuás, *fúvás*, *fújkálni*, *fújni*, cet. sunt ex slav. *faukánj*, *faukati*, vulgo *fúkati*, hebr. *fuach*, flare, blasen.

Fukar

Fukar, sehr geizig, filzig, ex germ. Wucher, Wucherer, fenerator iniquus.

Fulák, rectius vide *szulák*, convolvulus, die Winde, quomodocunque scribatur, est slavicae originis, a verbo *wláčjm*, *wleku*, volvo, traho, inde *wlak*, (*fulák*), et compositum *sauwlak*, *swlak*, (szulák), convolvulus et smilax. *Swlak*, vulgo etiam *slak*, est in Moravia, uti etiam in magna Hungariae parte in usu, in Bohemia vero *swlačec*. Poloni etiam bene nominant, *povoy*, a verbo *wigi*, *winu*, volvere, wickeln, winden, composita cum praep. *po*, ut sit convolvulus, Winde, vide *Szulák*.

Fundálás, *fundálni*, *fundamentom*, 's a' t. sunt latina ex *fundare*.

Fundér, Ohrenbläser, delator, susurrator maledicus, sine dubio factum est ex germ. Finder, Funder, inventor (scil. nugarum), aut Plunder, nugator.

Funt, *funtolni* a Pfund, vide *Font*.

Fúok, *fúvom*, *fújom*, 's a' t. slav. *fúkám*, boh. *faukám*, blase.

Furdalni, ex slav. *wrtati*, aut lat. *forare*; et

Furdants, *wrtač*.

Fúria, est lat. *Furia*; et

Furmány, *furmányos*, est germ. Fuhrmann.

Fúrom, terebro, ich bohre, ex lat. *foro*, aut slav. *wrtám*, quod idem significat.

Fustély, *fustélyozom*, aut ex germ. Fäustling, aut ex lat. *fustis*, *fustigo* factum est.

Fuszuly, ex lat. *Phaseolus*, Slavi fecerunt *fazula*, *fazule*, aliqui *fizula*, Magyari *fuszuly*, alii *fazuly* et *paszuly*;

Fuszulyka, *fazulyka*, *paszulyka*, est diminitivum slavicum *fazulka*.

Fu–

Fuvar, est die Fuhr, et *fuvarozni*, fahren.
Füge, *Füllér*, vide, *Fige*, *Fillér*.
Fürmender, est der Vormund, germ.

G.

Gadnárfa, *gantár*, der Ganther, ex lat. *cantherius*.
Gadótz, der Weichfisch, convenit cum lat. *gadus*, sed magis cum slav. *ğadovecz*, *hadowec*, i. e. piscis angui similis.
Gagátkö, factum est ex *Gagathes*, aut ex germ. Gagoth.
Gagogni, gingrire, strepere anserum more, gackern, est slav. *ğáğati*.
Gajág, *gaják*, est *Guajacum*.
Gajdolni, dudeln, est slav. *ğajdowati*, istud a *ğudu*, *hudu*, *hústi*.
Galád, hößlich, abscheulich, sordidus, ex slav. *glad*, *hlad*, quod Russi exprimunt *golod*, ex quo Magyari mutato *o* in *a*, facile formarunt *galád*, quamvis hoc famem, et adiectivum inde *ğladný*, *ğolodny*, famelicum significat; adhibetur tamen ignominiose etiam pro homine turpi et sordido.
Galagonya, Hagedorn, crataegus oxyacantha, est slav. *gloginya*, boh. *hlohyně*, morav. *hlohyňa*, russ. *gologiňya*, bacca crataegi; crataegus autem est *hloh*, *glog*, russ. *golog*.
Galaj, formatum est ex ipso, quod significat *Galium*.
Galamb, Taube, convenit quidem cum lat. *columba*, magis tamen cum antiquo sarmatico *Golomb*,

illyr.

illyr. et russ. *golub*, boh. *holub*, polon. *golomb*. Nostri Magyari, sine dubio, prius dicebant *Golomb*, postea *Galamb*, quod, uti ex hisce patet, cum omnibus suis derivatis, e. g. *Galambasz*, *Galambitza*, *gomba*, (pol. *golombitza*, *gomba*), *Galambotska*, (*golombitska*), *Galambitza*, cet. et compositis, e. g. *Galambáros*, (*golombárž*), *Galambbegy*, cet. est slav. originis.

Galand, Schnurband, Slavi dicunt *ǧalůn*, *ǧalůnka*, Bohemi *kalaun*, *kalaunek*, Germani Galaun et Galone; sed omnes sine dubio, acceperunt a gallico *Galon*; taenia, taeniola. Inde etiam

Galandféreg, der Brandwurm.

Galangagyökér, der Galgant, ex maranta *galanga;*

Gálbán, ex bubon *galbanum;*

Galeát, ex Galeote;

Gálgafü autem ex *galega* offic. formata sunt.

Galiba, rectius *Kaliba*, quia oritur ex graeco *Kalybe*, aut ex slav *kůl*, *kola*, Pfahl, inde *koliba*, eine auf Pfahlen stehende Hütte, et Slavi Bohemi, Moravi, Poloni, cet. etiam dicunt *kaliba*, *koliba*, *chalupa*, partim casa pastoritia, Hirtenhütte, partim vero quaelibet casa sortis humilioris, Hütte.

Gálitz, *galitzkö*, ex Galitzenstein, vitriolum mistum zinco, cum suis derivatis atque compositis, forte a provincia Hispaniae Galaecia, Galitzien, ubi multa fodiuntur mineralia, traxit denominationem.

Gallér, est *gallerus* seu *oollare*, germ. Koller, slav. *ǧoljr*, *ǧoljér*.

Galles, Slavi etiam dicunt *ǧalles*, aliqui ĝálka, hálka, Germ. Gallapfel; sed omnes acceperunt a Latin. *galla*.

Gally

Gally, *galy*, der Zweig, Ast, est prima syllaba slavici *ğaluz*, *haluz*, ramus arboris.
Gállya, slav. illyr. croat. *ğalia*, pol. et russ. *galéra*, germ. Galeere, ex gallico *galère*; et
Gallyán ex *Gallione*;
Gállyagánts, echeneis remora, vide *Gánts*.
Gallyiba, Hinderniß, Unheil, etiam slavice *ğaliba*, rectius *kaliba* a voce kaliti, trüben, verwirren.
Gamandor, et germ. Gamander, utrumqne formatum est ex teucrium *chamaedris*.
Gamat, ein ungeschliffener Mensch, sine dubio factum est ex slavico *chomaut*, quod quidem proprie helcium significat, ignominiose tamen Slavi hominem ineptum etiam nominant *chomaut*. —
Ganaj, *ganéj*, a slavico in omnibus dialectis usitato *gnoj*, *hnoj*, boh. *hnůg*, fimus, Mist, Dünger. Sine dubio antiqui Magyari ex *gnoj*, primum fecerunt *gonoj*, postea *ganaj*, et *ganéj*.
Ganajlani, et *ganajozni*, misten, düngen, est slav. *hnogiti*, *pohnogiti*.
Ganéjbogár, *hnogný chrobák*, vel hnogiwál et howniwál;
Ganéjgomba, *hnogná hauba*, pol. *gnojná gomba*;
Ganéjkupotz, *hnogný kopec*;
Ganéjvilla, *hnogné widly*, etc. sunt slavica; et
Ganéjtserebüly compositum est ex slav. *hnoj*, *hnojný*, et latino *Scarabaeus*.
Gánitza, die Breyknödchen, formatum est ex slav. *džğance*, nonnullis *žğance*, pastilli cibarii, sive farinacei, sive polentarii; quod autem germ. Breyknödel dicantur, ratio est, quia prius puls coquitur, et ex pulte tandem pastilli *džğance* dicti formantur.
Gantár, der Ganther, vide *Gadnárfu*.

Gánts

Gánts, Knoten, Hinderniß, optime deducitur a verbo slav. *ganiem*, boh. *hanjm*, culpo, unde *ganits*, *hanič*, *hance*, culpator, et *gana*, *hana*, culpa, vitium, cet. Proverbium: Nodum in scirpo quaeris, Slavi ita exprimunt, uti Magyari, nempe: we wšem *hanu* nágdeš, mindenben *gántsot* találsz te. Inde

Gántshal, echeneis remora, compositum.

Garabó, factum est ex ipso, quod significat *corbis*, der Korb, primum *korob*, postea *gorob*, tandem *garab* et *garabó*. —

Garabóntza, *necromantia*, omissa prima syllaba *ne* — ex reliquis *cromantia*, fecerunt nostri Magyari primum *koromantza*, postea *gorobontza*, et tandem *garabontz*, et sic *garabontzás*, necromanticus, Schwarzkünstler.

Garad, rectius *Garat*, quia formatum est ex slav. *grot*, *hrot*, *gorot*, die Goße, der Rumpf in der Mühle, infundibulum, vide *Garat.*

Garád, *garágygya*, Mistzaun, sepimentum, derivatur a slav. *gradjm*, boh. *hradjm*, sepio, munio, inde *grad*, *grod*, *gorod*, boh. *hrad*, *hradba*, et *hráz*, *hráza*, quibusdam *hrádza*, sepimentum, munimentum, cet. Sed

Garádits formatum est ex lat. *gradus*, die Treppe.

Garam est slavica fluvii *Grani* denominatio, *Goron*, *Gron*, *Hron*, ex slav. grnu se, hrnu se.

Garantirozni, est germanico-gallicum garantiren.

Garas, Slavi etam nominant *groš*, *goross* ex Groschen aut *Grossus.*

Garat, ex slav. *gorot*, *grot*, *hrot*, dimin. *hrotek*, quod non solum infundibulum in mola, verum, propter quandam similitudinem, etiam vasculum

lum quoddam, e. g. mulctrum, in quibusdam provinciis, significat.

Garázda, lis, cet. vide melius *Grázd*, quia ista est radix vocabuli *Garázda*, cum omnibus eius derivatis.

Gárda et *Gárdista*, ex Garde et Gardist;

Gárdján et *Gardián* ex gallico *Gardien;*

Gargarizálni autem, gurgeln, ex graeco-lat. *gargarizare.*

Gárgya et *gárgyázni*, umzingeln, ex slav. *grada*, *hrada*, *ohrada*, et *hraditi*, *graditi.*

Garmada, acervus, cumulus, est slav. *gromada*, *hromada*, der Haufen.

Gá'si, *zsóld*, est gallico-germ. die Gage, et germ. Sold, merces, stipendium.

Gát, agger, der Damm, etiam Slavi habent *gat*, *hať*, et *hatám*, *hatjm*, *gátolom.*

Gátor, est germ. Gatter, Gitter, *clathri.*

Gátsér, rectius *Kátsér*, quia est genuinum slav. *káčer*, anas mas, Entrich, v. *Kátsa.*

Gatya, Unterhosen, slavicae gentes omnes dicunt in duali *gatje*; nonnulli cum exigua mutatione, e. g. Bohemi *katě*, Illyrii *gachye*, Poloni *gacie*, pauci quidam dicunt etiam in plurali *gaty;* sed Magyari, qui hocce vocabulum a Slavis acceperunt, in singulari *Gatya.*

Gaukler, *Kaukler*, etiam Slavi quidem dicunt *kauklér* et *kaukljár*, Bohemi *keykljř;* sed utrique acceperunt a Germanis, Gaukler, praestigiator.

Gazda, herus, paterfamilias, Hausherr, Hauswirth, Otrokotsi in Orig. Hung. P. I. p. 302. deducit a radice orientali *Gazad;* sed idem fatetur, radicem hanc iam non exstare, exstitisse autem olim, ex arabico cuiusdam Ducis nomine *Gizid* hariolatur.

latur. — Nos malumus, secundum quosdam alios, *Gazda* deducere ex antiquo sarmatico, quo hucdum Russi et nonnulli alii utuntur, *Gosudár*, quod alii Slavi exprimunt *Gospodár*, alii denique *Hospodář*, i. e. herus, paterfamilias; sed quia *Gosudár* seu *Gozudár* antiquissimum est, credimus, nostros Magyaros primum tantum finalem literam *r* omisisse, et *Gozuda* dixisse, ex hoc autem cum tempore *Gazda* formavisse. Unde etiam *Gazdag*, quasi *Gozudák*, diligens administrator rei familiaris, unde quia divitiae proveniunt, ergo dives, reich, derivari, non dubitamus.

Gazella, antilope dorcas, est die Gazelle.
Gavallér, est Kavallier;
Gekkógyék autem die Gekko, lacerta *Gecco*.
Gelegonya, ex slav. *gloginya*, vide *Galagonya*.
Geleszta, rectius *Giliszta*, quia factum est ex slav. *gliszta*, *hljsta*, boh. *hljšť*, lumbricus, Regenwurm, Spulwurm; inde etiam
Gelesztafü, slav. *glisztnik*, *glisztnicza*, *hljstnjk*, *hljstnica*, Wurmkraut, cet. —
Gelét, *glét*, litargyrus, litargyrium, ex germanico Glätte, Silberglätte.
Gellitze, rectius *Gerlitze*, turtur, Turteltaube, quia derivatur a slav. *grlicza*, boh. et morav. *hrdlica*, *hrdlice*, *hrdlička*, polon. et croat. *garlicza*, russ. *gorlicza*, illyr. *gerlicza*, quod simile est magyarico *Gerlitze*.
Gelyva, *golyva*, struma, Kropf, ex slav. *gervol*, quod aliqui exprimunt *grvol*, *gorvol*, alii *hrwol*, *hrwole*, alii denique tantum *wole*.
Genealogia, est graeco-latinum, et
Generális, latinum.

Gentziána, *gentzána*, Enzian, est lat. *gentiana*.

Genyettség, Eiter, ex radice slav. *gnusz*, *gnyusz*, *hnis*, *gnoj*, pus.

Gépely, sine dubio formatum est ex germ. Hebel, Hebezeug, quod significat.

Geréb, agger littoralis, sine dubio ex germ. Grab, vel der Graben, fossa, aut ex slav. *grb*, *hrb*, *gerb*, gibbus, et inde *hrba*, agger, cumulus, strues.

Gerben, hydnum imbricatum, et

Gereben, carmen, pecten, est genuinum slav. *greben*, *hreben*, et inde *gerebenelni*, contracte *gerebelni*, hecheln, cet.

Gereblye, pecten, rastrum, der Rechen, est slav. *grablje*, *hrable*, boh. *hrábě*, pol. *grabie*, russ. *grabli*; *gereblyétske*, *grabličky*, *hrabličky*, vulgo *hrabličke*, *et gereblyélés*, *hrabánj*, *gereblyélni*, *hrabati*, cet.

Gerely, formatum est ex ipso, quod significat, vocabulo *Geranium*.

Gerenda, trabs, Balken, est ex slav. *grada*, *hrada*, formatum, quod aliqui exprimunt *greda*, imo polonico more etiam *grenda*, inde *Gerenda*.

Gerendely, Páriz Pápai inter alia, quae huc non pertinent, habet fundamentum aratri, Cl. Márton Pflugbalken, ego existimo esse scapum aratri, qui apud Slavos est *griedel*, boh. *hřjdel*, pol. *grzendel*, et germ. quidem Gründel, sed tantum in Bohemia et Lusatia, ubi Slavi habitant, alibi vix est in usu in hocce significatu, unde patet vocabulum hocce esse slav. originis.

Gerentsér, *geréntzár*, Cl. Márton habet der Dachziegelbrenner, Páriz Pápai ein Hafner, Töpfer, figulus, et bene quidem, quia slavicum *gerntsier*, *gerntsjár*, *hrnčjár*, boh. *hrnčjr*, russ. *gorntsár*,

polon.

polon. *garnczárz*, etiam est figulus, der Hafner, Töpfer, ex *hrnec*, *garnecz*. *gernecz*, olla.

Gerezna, *amphimallum*, Grauwerk, slav. *grzna*, *gerzna*, unde pellio apud Slavos, inter alia nomina, etiam *grznár*, *gerznár*, nominatur.

Gergely factum est ex nomine *Gregorii*.

Gerlitze, ex slav. *gerlicza*, vide *Gellitze*.

Gesztenye, formatum est ex lat. *castanea*.

Giliszta, ex slav. *gliszta*, vide *Geleszta*.

Gimnásztika, est graeco-lat. *Gymnastica*.

Giné, anglicanus nummus, Guinee.

Gipsz, est *gypsum*.

Giraffa, est animal *Giraffa*.

Glét, ex germ. Glätte, vide *Gelét*.

Glétetzet, acetum litargiri, compositum est ex germ. Glätte, et lat. *acetum*, aut slav. *ocet*.

Gnúzerge, est das Gnuthier, antilope *Gnu*.

Gobhal, est Cottus *Gobio*.

Gollyóbis, factum est ex lat. *globus*.

Golyva, ex slav. *grwol*, *gorvol*, vide *Gelyva*.

Gomb, nodus, cet. convenit quidem cum graeco *κομβος*; sed etiam Slavi dicunt *ğomb* et *komb*, *ğombjk*, *ğombiček*, *kombjk*, *kombjček*, i. e. dim. *gombotska*, nodulus, bullula, — et nodularium, *gombkötö*, nominant *ğombář*.

Gomba, fungus, Pilz, Schwamm, posset quidem propter aliquam similitudinem, a *Gomb* derivari; sed cum russicum *gúba*, slav. *húba*, boh. *hauba*, et polon. *gemba*, vulgo *gomba*, idem significet, non est dubium, quin nostri Magyari suum *gomba* a slavicis acceperint gentibus.

Gombolyag, glomus, Knäuel, posset quidem etiam a *Gomb* derivari, propter globosam formam; sed quia a' slavico *klubko*, russ. *klubok*, et polon. *klomb*

klomb, idem significante, non multum differt, forte Magyari ex *klomb* vel *klubok* fecerunt *Gombolyag*. — Iam

Gomborka, myagrum sativum, *Gombóta* et *Gombótz*, Knöbel, commode possunt deduci ex *Gomb*, propter similitudinem.

Gomolya, Quargkäse, est genuinum slavicum *gomolja*, boh. *homole*, morav. *homola*, dim. *homolka*, *homůlka*, *homolečka*, *homůlečka*, i. e. *gomolyátska*.

Nota. Cl. Márton videtur vocabulum *Gomolya* tantum de caseo intelligere; sed Slavi etiam de aliis dicunt, e. g. *homola* vel *homole* másla, irós vaj *Gomolya*, massa oblonga butyri; *homole cukru*, ein Hut Zucker, meta sacchari; de caseo autem plerumque tantum diminutivis utuntur, *homolká* vel *homůlečka* sýra, metula casei, i. e. egy túró *gomolyátska*.

Gordon, Páriz Pápai habet *Gartamus*, ex quo formatum est *Gordon*; sed alii scribunt *Carthamus*; vocatur etiam *szeklitze*, slav. *swětlice*.

Görnyak, phlox, derivandum puto a slav. *gorim*, ardeo; inde *gornik*, eo magis, cum etiam *Lángvirág* nuncupatum sit; slav. *plamjk*, *plamének*, *plamjnek*, a *plamen*, i. e. flamma.

Goromba, crassus, rudis, cet. convenit cum germ. grob; sed cum etiam Slavi eandem vocem habeant, *grubij*, foem. *grubá*, *hrubý*, *hrubá*, polonico modo pronunciandi *gromby*, *grombá*; et quia Magyari, cum ex adiectivo slavico suum faciunt, maxima ex parte secundam amant terminationem, uti in *drága*, *néma*, *tiszta*, 's a' t. hinc non est dubium, nostros Magyaros a Slavis accepisse suum *Goromba*.

Görbe, buckelig, pucklig, gibbosus, a slav. *gerb*, bohem. *hrb*, et inde *hrbatý*, (gerbatý); sed

Ma-

Magyari, per suam etymologiam, fecerunt *gerbe*, postea *görbe*.

Görts, Krampf, spasmus, est ex slav. *krč*, boh. *křeč*, polon. *kurts*, spasmus; 2) Knoten, nodus, cet. iam ex alio, nempe *gertsa*, *hrča*, *hrčka*, nodus, Knorren, Knoten.

Grádits, Stiege, Treppe, est ex lat. *gradus*, vide *Garádits*.

Grammatika et *Grán*, est *Grammatica* et *Granum*.

Gránát, est *granatus*, et globus pyrobolus, die Granate dictus.

Gránátalma, Granatapfel, malum *granatum*, et

Gránátszín est Granatfarbe.

Granatéros, der Granatier, Grenadier, miles nomen gerens *Grenadier*.

Gránit, est Granit, lat. *granites*.

Gránitz, die Grenze, fines, limites, convenit quidem cum germ., sed magis cum slav. *granitze*, boh. *hranice*.

Grátzia, die Grazie, *gratia*; 2) die Gnade, etiam *gratia*, ergo est latinum.

Grázd, litigium, cet. slavicam redolet originem, sive a *groziti*, *hroziti*, minari, sive a *drážditi*, concitare, anhetzen, illud deducamus.

Grif, *grifmadár*, der Greif, utrumque formatum est ex voce *gryphus*.

Grispán, ex germ. Grünspan, aerugo viridis.

Griz, glarea farinacea, est ex germ. Gries.

Gróf, Comes, est germ. der Graf, et *Grófné*, die Gräfinn, et *Grófság*, die Grafschaft.

Guba, Winterkleid, cet. apud gentes slavicas passim ista nomina *guba*, *čuba*, *šuba*, in usu sunt, in Bohemia, Russia, Hungaria, cet.

Gu-

Gubernálás, *gubernálom*, *Gubernátor*, *Gubernium*, omnia ex *guberno*.

Guláts, kahl, calvus, glaber, factum est ex slav. *golij*, subst. *goláts* et *golák*, boh. *holáč* et *holák*, idem significante; 2) *Guláts*, herba, factum est ex eius nomine, *glaux*.

Gulyatyúk vel *kusza*, gallina depygis, utrumque est slavicum, primum ex *ğulatý*, boh. *kulatý*, globosus, rotundus, subst. *ğulja*, *ğula*, foem. de gallina, et *ğulják*, *ğulák*, masc. de gallo gallinaceo depygi; quod autem cauda careat aut valde curtam habeat, inde vocatur slav. gallina *kusá*, mutila, gallus autem *kusý*, mutilus seu curtus.

Gúnár, der Gänserich, Ganauser, anser mas, Slavi etiam dicunt *ğunár*, loco *guszár*, quia anser est *gusz*, boh. *hus*, pol. *gonsz*, et masculus *guszák*, *guszár*, *husár*, *gunár*, boh. *hauser* et *husák*, polon. *gonszior*.

Gúnya, non est sarcina, Bürde, uti vult Páriz Pápai; sed est gausape, ein schlechtes Bauernkleid, slav. *gúnya*, *huňa*, boh. *hauně*, pol. *gunia*.

Gú's, rectius *gúzs*, die Wiede, ligamen vimineum, est slavicum *gúž*, *gúžev*, *gúžva*, *hužwa*, boh. *haužew*, schwankes Reis, die Wiede, vimen, et vimen tortum, ex eoque factum ligamen vel laqueus, etc. —

Gu'saly, rectius *guzsaly*, est enim genuinum slavicum, *ğužla* et *ğužel*, boh. *kužel*, colus, Spinnrocken.

Gyalogfenyö, iuniperus, slav. *jalowec*, boh. *galowec*. Etsi *gyalog* sit magyaricum, et *fenyö* ex *pino* factum; existimo tamen ex slav. *jalowec* factum esse *gyalogfenyö*.

Gyé-

Gyémánt, adamas, est formatum ex graeco *adamas*, omisso *a* initiali, et ex *damas* primum *damant*, postea *diamant*, formato, germ. Diamant, etiam gall. et slav. *dyamant*, magy. *Gyémánt*.

Gyenge, sine dubio ex slav. *těnký*, in neutro *těnké*, (l. tyenké), formatum est; alioquin slavicum *těnký* etiam cum aliis Europaeis convenit, e. g. cum graeco *τυννος*, latin. tener, tenuis, germ. dünn. —

Gyertya, candela, nonne ex germanico Kerze formatum est?

Gyestálás, *gyestálok*, sunt latina *gestus*, *gesticulor*.

Gyólts, feine Leinwand, sindon, etiam Slavi dicunt *d'óč*, et *d'ouč*; sed originem vocis alibi non invenio, nisi in antiquo slavico *djóts*, i. e. puella virgo, et inde *djótsj*, puellaris, scilicet tela, nempe mundissima, puellarum vel virginum usui apta. Cum autem antiquum *djóts* postea mutatum sit in *djouts*, *djowts*, *djowtsa*, *djewitza*, *djewtse*, *djewka*, *djwka*, facile etiam adiectivum *djótsj*, scilicet *plátno*, tela puellabus apta, per Magyaros mutatum est in *Gyólts*.

Gyömbér, der Ingwer, Ingber, et slav. zázwor, et *d'umbjr*, ista omnia formata sunt ex graecolat. *gingiber*, *zingiber*, *zinziberi*.

H.

Hab, fluctus, Fluth, Welle, etiam Slavi dicunt *hab*, et habent verbum *habati*, i. e. sine consideratione agitare, vel etiam raptare. Ab eodem verbo *habati*, videntur derivari posse *habahurgya*, praeceps, inconsideratus, *habahur-*

gyál-

gyálkodás, praecipitantia, inconsiderantia, *habarás*, *hobánj*, inconsiderata agitatio, turbatio, cet. —

Habarnitza, etiam slavicam prodit originem, ab eodem verbo *habati*, cum de Polypo dicatur, quod, quidquid tetigerit, teneat, hinc bene dicitur *habár*, *habarnjk*, in foem. *habarnica*, et *habart*, *habartnjk*, in foem. *habartnica*, Illyrii dicunt *hobotnitza*.

Hadsér, *hatsér*, *hatzér*, satelles; ex germanico Häscher vel Hatschier.

Hahota, cachinnus, Gelächter, convenit cum slav. *hahotánj* et *chychotánj*, boh. *chechtánj*, russ. *chochotanie*.

Hajdéna, *Hajdina*, polygonum fagopyrum, ex germ. Heide, Heidekorn, fecerunt aliqui Slavorum *hajdina*; alii Slavi nominant *pohánka*, (a *pohan*, Heide, paganus, ethnicus), utrique eadem ex ratione, quod hocce frumentum a paganis seu ethnicis in Europam adlatum esse credatur; et quia Tatari etiam erant pagani, multi Slavorum nominant *Tatárka*. Magyari etiam omnibus istis vocibus utuntur, in diversis partibus Hungariae, in nominando polygono fagopyro: *Hajdina*, *Pohánka*, *Tatárka*, cet.

Hajdú, veles, miles expeditus, sic Páriz Pápai; sed *Hajdú* est etiam famulus, in quem nulla cadit notio militis, eo minus velitis, exceptis privilegiatis hajdonicalibus, uti vocantur, oppidis, et pedestribus copiis, quae per abusum hajdones audiunt. Germani dicunt Heiduck, Slavi et Poloni *hajdúch*, Bohemi *heydúk*, Russi *gajdúk* vel *hajdúk*, et videtur esse slavicae originis, a verbo *hajdi!* ito! perge! quo maxime Illyrii utun-

uluntur, in acclamandis illis, qui famulantur, et ideo nomen *hajdonum* seu *hajduccorum* gerere videntur.

Hálá, grates, Dank, omnes slavicae gentes habent *chvála*, tantum Illyrii *hvála;* convenit quidem cum hebr. *halal*, laudavit, gratias egit, (vid. Gram. Debr. p. 261.) sed verosimilius est, Magyaros ex slavico *chvála*, vel *hvála* fecisse suum *hálá*, quam ex hebr. *halal* vel *hallelujah*, (vid. ibidem).

Halikra, ova piscis, Fischrogen, prius *hal*, est magy., posterius *ikra*, slav., vide *Ikra*.

Halkopoltyú, *Halkopótyó*, branchiae, vide *Kopoltyú*.

Halizs, formatum est ex herba *Halesia* dicta.

Halom, collis, der Hügel, est antiquum slavicum *chlom*, boh. *chlum*, dim. *chlumec*, russ. *cholm*, illyr. *halm*, ex quo factum est *Halom*.

Hám, helcium, non das Pferdgeschier, quia hoc est lószerszám, sed Kummet, Kumt, omnes slavicae gentes dicunt *chomút*, Russi *chomūt*, Bohemi *chomaut*, Poloni *chomont*, Illyrii *homut;* Magyaros autem ex *homut* primam syllabam *hom* accepisse, exque ea *ham* fecisse, verosimile est. Sic etiam

Hámistráng, *Hámtáska*, vide *Istráng*, et *Táska*.

Hámor, malleus, conflatorium, fornax metallicorum, ita Páriz Pápai; sed *Hámor* formatum est ex germ. Hammer, quod est 1) malleus, 2) officina metallica, quae etiam Hammerwerk dicitur; si autem pro ferro cudendo sit, Eisenhammer, officina ferraria, nuncupatur.

Harang, campana, Glocke, est gallicum *Harangve*, oratio ad populum, et *haranguer*, concionari: quia populus ad concionem campana convocatur,

inde

inde campanae nomen imposuerunt *Harang.* Otrok. Praef. p. XIX.

Haraszt, fruticetum, Gebüsch, est slav. *chrasť*, *chrastina*, quod Bohemi *chrastj*, *chrastina*, Poloni *chroszt, chroszcina,* Illyrii vero *hraszt* exprimunt, ex quo, intermixto *a*, factum est *Haraszt;* sed *Haraszt*, cum significat folia, Laub, inprimis vero oleris folia, Krautblatt, iam non derivatur a praecedente *chrasť*, *i*, foem. verum a *chrást*, *u*, masc. Krautblatt: hinc *harasztos káposzta* est *chrástowá kapusta,* brassica non capitata, sed ex meris foliis constans, quae ita non convolvuntur, uti illa, quae capitulum efficiunt, et ideo vocantur *chrást*, masc. collective *chrástj*, neutr. gen.-

Hárfa, est Europaeum, *harpa*, germ. Harfe, slav. *harfa.*

Harisnya, tibiale, slav. *harušňa*, *harušně*, *et hološňě;* sed tantum apud quosdam Slavos, Ruthenis finitimos, est in usu, apud reliquos est obsoletum; *haras* vero, i. e. fila e pilis camelinis, et e pilis caprae Ancyranae, Kamelgarn, est per totam Hungariam, Moraviam et Bohemiam in usu, aqud Russos autem eadem fila *garusz* vel *harusz* audiunt, hinc *haruszny* (slav. boh. harasowý), est ex eiusmodi filis confectus. Ex his patet, *harušňa* vel *harušně* esse tibialia, e filis caprae Ancyranae vel similibus, confecta; Magy. tamen qualiacunque tibialia nominant *Harisnya.*

Harkál, *Harkály*, picus, der Specht, Baumhacker, inter alia nomina slav. etiam *hrkál* audit, a verbo *hrkám*, strepo, quod alii *harkám* et *herkám* exprimunt, et ab illo strepitu, quem picus edit, commode vocatur a nonnullis Slavorum *hrkáč*, *hrkál*, *herkál*, *harkál.*

Har-

Harmala, factum est ex Pegano *Harmala.*
Hartsa, silurus, Wels, ab aliquibus gentibus slavicis vocatur quidem *szum* et *szumecz*, (sumec); sed a plerisque etiam *hrĉa*, quod aliqui *hertsa*, alii etiam *hartsa* exprimunt.
Hártya, membrana, nihil aliud est, nisi lat. *charta.*
Hartz, *hartzolás*, *hartzolni*, cet. pugna, pugno, cet. in Bibliis quidem bohemicis reperitur *harc*, *harcowati*, *harcugjcý*, i. e. pugna, pugnare, pugnans, unde patet, olim apud Slavos in usu fuisse *hartz*; sed nunc iam obsoletum esse videtur, etsi origo eius a *hrsť*, *harsť*, pugnus, secus pěsť, haud incommode deduceretur.
Határ, limes terminus, az az a' meddig hat, vagy terjed a' föld, mező, — (Gram. Debr. p. 264.) tali ratione esset genuinum magyaricum; Slavi per Hungariam, Moraviam et Illyricum etiam dicunt *chotár*, *hotár*, et Illyrii etiam *határ*, imo Germani, Slavis finitimi, Hotter, ex hebr. deducitur אֲתַר locus; peripheria.
Hatsér, *hatzér*, Trabant, ex germanico Hatschier, vide *Hadsér.*
Hatzóka, *hatzuka*, stola, tunica, est genuinum slav. *hazucha*, boh. *hazuka.*
Ház, domus, cum omnibus inde derivatis et compositis, formatum est ex germ. Haus.
Hébér, *hévér*, est germ. Heber, 1) vectis, 2) sipho.
Hegedü, fides, Geige, videtur descendere a slav. *hudu*, ich geige, et
Hegedüs, fidicen, Geiger, *hudúš*, *hudauš*, *hudaušek*, *hudec*, idem.
Hengér, carnifex, est germ. Henker.
Henye, *henyélö*, deses, torpidus, descendit a slav. *hnilý*, quod duplicem habet significatum, uti germ.

germ. faul, 1) putidus, putridus; 2) piger, segnis, cet. — Hinc hominem desidem et segnem, Faulenzer, Slavi nominant *hnilý*, *hnilák*, *hnilec*, sed etiam *leniwý*, *leniwec*. —

Herbathé, formatum est ex *Herba Thea.*

Héring, halec, clupea *harengus*, Linn. germ. Häring.

Hernyó, Raupe, eruca, volvola, volvox, verbum slav. *hrnu*, vel *hernu*, inter alia significat volvo, et reciprocum *hrnu se*, volvor; cum autem eruca sic volvitur, cum incedit, inde non dubito, ei nomen lät. volvolae et volvocis, slav. *hrňow* vel *herňow*, impositum esse; vocatur tamen etiam *hausenicé*, *hausenka.*

Hertzeg, Dux, formatum est ex germ. Herzog.

Heveder, cingulum sellae equariae, Sattelgurt, sine dubio ex germ. Heftleder, lorum serviens adligando, formatum est.

Hiatzintos, *hiatzintus*, est *hyacinthus.*

Hiba, Fehler, Mangel, defectus, menda, naevus, est slav. *chiba*, illyr. *hiba*; inde *hibázni*, *chibiti*, cet.

Hibbanás, *hibbanni*, collabi deferri cum impetu, formatum est ex slav. *hýbánj*, *hýbáti*, quod quidem motionem, commotionem significat, eo tamen non obstante, ex usu Slavorum in Hungaria, etiam subitaneam motionem, eamque cum impetu, uti *hibbanás*, indicat, quod patet ex formula loquendi: *hýbaj!* et in plur. *hýbajte!* qua uti solent, cum volunt, ut quis cito et subito semet moveat, et aut cito eat aut fugiat.

Hibik, formatum est ex vocabulo, quod significat, *hibiscus.*

Hidranka, est graeco-lat. *hydrangea.* Sic etiam *Hidraulika*, *Hidrostatika*, *Hidroteknika*, graeco-lat. *Hydraulika*, *Hydrostatica*, *Hydrotechnia.*

Higri-

Higrivitze, formatum est ex *Liquiritia.*
Himpellér, Pfuscher, Stümper, est ex germanico Hümpler, imperitus, formatum.
Hír, fama, est slav. *chyr*, quod idem significat; inde *chyrny*, *rozchyr'ti*, *rozšjriti*, magyar. *híres*, *híresíteni*, diffamare, *hirdetni*, publicare, etc. formata sunt.
Hispa, Dornkäfer, est *Hispa.*
História, est *Historia.* — *Historikos*, est *Historicus.*
Hiszter, Dungkäfer, est *Hister.*
Hódolás, *hódolni*, subiectio, subjici, si non a germ. Hold, benevolus, favens, aut Huld, benevolentia, favoi, et inde huldigen, *huldolni*, et postea *hódolni*, certe a slav. *hodjm*, iacio, *podhodjm*, subjicio, oritur.
Hófmester, formatum est ex germ. Hofmeister.
Hóhár vel *hóhér*, carnifex, tortor, ex germanico Hauer aut Hänker.
Homok, sabulum, Sandwüste, est purum slavicum *homok*, etiam sabulum, istud vero provenit a *hmot*, *hmota*, terra, corpus, materia qualiscunque.
Horvát, Croata, Kroat, promanat ex slavico *rvat*, *hrvati* se, luctari, pugnare; quasi bellicosos appellares. — Uberius vide Comment. de Istro, eiusque adcolis *P. Kattancsich.* Budae 1798. 4.
Hóstád, *hóstát*, factum est ex germ. Hohstadt vel Vorstadt.
Hörtsök, mus montanus, rectius mus cricetus, Linn. Hamster, slav. *chrček*, boh. *křeček* et *škřeček*; quia autem aliqui Slavorum exprimunt *cherček*, imo etiam *hertșek*, inde *Hörtsök* provenire, non dubito.
Huboj, instrumentum musicum, ex gallico *Hautbois.*

Huntz-

Huntzfutka, die Seitenhaare, et
Huntzfutkaszakáll, der Backenbart, proveniunt a nomine ignominioso Hundsfott, nebulo, nequam homo.
Hüvetér, vigil, custos, formatum est ex germ. Wächter, idem significante.

I.

Ibolya, das Veilchen, quod etiam *ivolya* et *viola* dicitur, et nihil est aliud, quam latinum *viola*.
Ibrik, Kaffeekanne, (gutturnium), etiam Turcae quidem dicunt *ibrik*; sed vix crediderim, iam tunc, cum adhuc Turcae cum Magyaris simul fuissent, vocem hanc apud eos in usu fuisse, potius existimo, utrosque ab Europaeis hanc vocem accepisse, e. g. ex germ. übrig, reliquus, superfluus, cet.
Iga, est quidem in omnibus quatuor cardinalibus linguis Europaeis simile, graece ζυγος, lat. iugum, germ. Joch; sed maxime convenit cum slav. *igo*, quod soli Bohemi cum Moravis exprimunt *gho*, (l. jho monosyll.) reliqui omnes Slavi, nempe Illyrii, Russi, Poloni, cet. *igo*, ex quo, mutato *o* in *a*, existit magyaricum *iga*.
Igle, regilops, factum est ex slav. *igla*, *ihla*, boh. *gehla*;
Iglitze, ononis, est dimin. ab *igla*, illyr. pol. russ. cet. *iglitza*, boh. *gehlice*. Sic etiam
Iglitzetövis, Aglarkraut, est ex slav. *iglitska*, *gehlička*, *gehlicj*, idem significante.
Iker, Zwilling, pro antiquo a Magyaris reputatur, et est omnino antiquum, sed non scythicum vel magyaricum, verum sarmaticum vel slavicum, ab

ab *ikra*, quod statim sequetur, descendens; cur autem gemelli seu gemini nati *iker* nominentur, facile perspicere poterit, qui bene intelligit, quid sit *ikra*, et inprimis *lábikra*. — Videamus itaque

Ikra, Rogen, ova piscium; 2) *Lábikra*, Wade, sura, est purum slavicum, in omnibus dialectis, partim *ikra*, partim *ikry* in plurali, usitatum; Bohemi habent *gikra*, neutr. et *gikry*, foem. plur. genit. *giker*, et hic est ecce magyaricum *Iker*. — De quo nunc satis. —

Ikszia, est ipsa *ixia*.

Indsellér, *Inzsinér*, Geometra, factum est ex gallico *Ingenieur*.

Inszurrektzió, est ex lat. *insurrectio* factum.

Instálás, *instálni*, *instántzia*, omnia a lat. *instare* formata sunt.

Interkáfár, pararius, ein Anschaffer; sed factum est ex germ. Unterkaufer.

Ipallani, bemänteln, verheimlichen, ex lat. *palliare*.

Ipekokán, Brechwurzel, est *Ipecacuanha*.

Irha, aluta, Sämischleder, est slav. *ircha*, bohem. *gircha*, illyr. *irha*.

Iringó, Mannstreue, formatum est ex lat. *eringium* campestre.

Iskatulya, cistella, Slavi dicunt *škatula*, Bohemi *škatule*, Germani Schatulle, ex quo Magyari, praeposito *I*, fecerunt *Iskatula*, et *Iskatulya*.

Islóg, bractea, Flitter, Flinder, ex germ. schlagen, Schlaggold.

Isóp, germ. Isop, Hisop, slav. *Yzop*, *hyssopus*.

Ispán, praefectus, non est formatum ex germ. Gespan, — sed ex slav. *špán*, quod compositum est ex *Pán*, Dominus, et ex praep. *s*, con vel cum, quod *s* ante *p* sonum *š* assumit, *Špán*,

Spán, significat itaque condominum, vel socium Domini, vide *Nádorispán*, *Nádwornjšpán*, aulicus condominus, seu aulae Regiae familiaris, et ex eodem slav. *Pán*, *Špán*, acceptum est etiam germ. Gespan (non das Gespann, sed der Gespan), cum significat socium, condominum, Banum, aut supremum Comitem in Hungariae Comitatibus.

Ispárga, *spárga*, funiculus ex Spagat; 2) *asparagus*, ex Spargel; quanquam et germ. Spargel sit ex graeco-lat. *asparagus* formatum.

Ispék, *spék*, *ispékelni*, *spékelni*, larido traiicere, ex Speck et spicken.

Ispitál, nosocomium, Germani et Slavi aliqui dicunt Spital, descendit a lat. *hospitale.*

Ispót, scalper, *spatha*, Germani etiam habent Spate, Spatel, *spatha*, *spathula:* aut itaque a latino aut a germanico acceperunt, et, praeposito *I*, loco *ispatha* formaverunt *ispót.*

Istáb, *istáp*, scipio, formatum est ex germ. Stab, praeposito *I.* —

Istálló, stabulum, a radice *sto* derivandum, ex qua Graeci et Latini habent *sto*, Slavi *stogjm*, *státi*, stare, Germani stehen, olim stohn, stare, hinc ubi statur est stabulum, germ. Stall, et ex hocce Stall commode formatum est *istálló;* sed cum Slavi dicant in Hungaria et Bohemia *stág*, *stáge*, *stáwadlo*, in Russia *stoilo*, in Polonia *stádlo*, quod postremum multi, inprimis Croatae et Illyrii, exprimunt *stállo*: hinc longe commodius et facilius ex *stállo* formatum est *Istálló*, tantum *I* praeposito.

Istállómester, germ. Stallmeister, vide *Mester.*

Istáp, factum est ex germ. Stab, vide *Istáb.*

Istátzfü

Istátzfü, Wiesenkraut, factum est ex *statice*, praeposito *I*, additoque in fine magy. *fü*, sic esset *Istatitzefü*, sed ex tribus syllabis *statice* facta est tantum una *státz*, sic exstitit *Istátzfü*.

Istória, factum est ex *história*.

Istráng, funis, restis, ex germ. Strang, cui tantum *I* praefixum est.

Istrása, rectius *istrázsa*, quia est slav. *stráž*, *stráža*, vide *Strázsa*.

Iszák, potator, Saufer, Otrokotsi, coacte formavit ad formam slavici pigák; sed non est bonum magyaricum vocabulum, neque invenitur in Lexicis, nisi compos. *Boriszák*, melius tamen est *ivó* substantive sumtum. De quo vide plura sub *Deák*. Aliud, quod est in Lexicis,

Iszák, mantica, saccus sarcinarius, est ex slav. *wisák*, hippopera, Satteltasche, formatum, quod derivatur a verbo *wisým*, pendeo; quatenus itaque pera de ephippio pendet, vocatur *wisák*, pendulus, pensilis, subst. inde *Iszák*, omisso *w*.

Iszalag, Páriz Pápai habet viburnum, sed hoc est *Bangita*; *Iszalag* vero est solanum, aut solanum dulcamara, Linn. Bittersüß, Nachtschatten, quod cum convolvulo sit simile, iste autem a Slavis vocetur *swlak*, vulgo *slak*, ex hocce *slak* puto exstitisse magy. *iszalag*.

Iszkába, fibula, retinaculum, ansa ferrea, formatum est ex slavico *skoba*, idem significante, quo Bohemi, Russi, aliique Slavi utuntur.

Ivolya, Páriz Pápai habet vaccinium, sed hoc est *Afnya*, *Ivolya* vero nihil aliud est, quam *viola*, quod Magyari nominant mox *viola*, mox *ibolya*, mox autem *ivolya*.

Izats, der Waid, formatum est ex *Isatis* tinctoria.

Izék, reliquiae ex pabulo, was das Vieh vom Futter übrig läßt, slav. *zgedky*, ex quo, praeposito *I*, et omisso finali *y*, factum est *izjedk*, postea *Izék*.

Izgága, widerspenstig, slav. *zháha*, boh. *záha*, russ. *izgaga*, quod cum *izgága* perfecte convenit, est Sodbrennen, aestus ventriculi.

J.

Janót, etiam Slavi dicunt *janot* et *jenot*, et Germani Genette, Genethkatze, lat. viverra *genetta*; sine dubio est vocabulum hispanicum *Genetta*.

Járom, jugum, das Joch, posset quidem a *jár* derivari (vid. Gram. Debr. p. 259.), sed cum Slavi habeant *jármo*, et illud in omnibus dialectis sit in usu, cum exigua sane diversitate, e. g. Russi uti alii Slavi etiam habent *jarmo*; sed Poloni *járzmo*, Illyrii vero *járam*, quis crederet *járom* esse magyaricae originis? nam quomodo tam multae gentes slavicae illud ab ipsis accipere potuissent? nonne potius credendum est, ex slav. *jármo*, et inprimis illyr. *járam*, factum esse magyar. *Járom?* — Alioquin *iga* est europaeum, sed iam etiam magyarici usus; cur non etiam *járom?* —

Jász, comp. *jászkeszeg*, *jászponty*, est sine dubio ex slav. *jasz*, *jesz*, *jaszen*, *jeszen*, Cyprinus *jesses*, Aalet, qui slav. etiam *jáletz*, *jeletz* dicitur.

Jászló, *Jászol*, praesepe, die Krippe, factum est ex slav. *jaszle*, boh. *gesle*, russ. et polon. *jaszli* illyr. *jaszle* et *jaszli*, croat. *jaszló*. —

Játzint

Játzint, Hyazinth, ex graeco-lat. *Hyacinthus.*
Jázmin, Jasmin, *Jasminus*, Linn. etiam slavice *Jazmjn*, ex latino.
Javor, *javorfa*, Ahorn, acer pseudoplatanus, est vox slavica *javor*, *gawor*, usitata apud Bohemos, Russos, Moravos, Panonios, Illyrios, cet.
Jávor, Auerochs, urus, sine dubio ex germ. Auerochs formatum est, nempe addito ab initio *I*, erat *Jauer*, ex quo *Javer*, et cum tempore *Jávor*, omisso haud necessario ochs, exstitit, et inde compositum est
Jávorszarvas, das Elendthier, cervus alces, slav. *los.*
Jeneszter, *jeniszter*, factum est ex germ. Geniste, Genster, Ginster, aut lat. *genista*, Linn. slav. janofjt, janowec.
Jérike, *Jérikórózsa*, Lonicera, Rose von Jericho, slav. *Jerycho*, aut růže z *Jericha;* vocatur magyarice etiam *Lontz*, contractum a *Lonicera.*
Jerke, *jerkebárány*, agna, utraque vox est slavica, *jerke* est *jarka*, *seu jará* vel *jarnj jehnice*, verna agna; *bárány* est *baran*, vide sub *B.*
Jértze, pullastra, gallina novella, etiam ex slav. *jarcza*, *jarica*, boh. *geřice*, i. e. jará vel jarnj slepice.
Jézsament, *Jézsuita*, *Jézus*, et similia, accepta sunt ab Europaeis, etiamsi *Jesus* sit hebr. originis.
Juliánna, *Julis*, *Juliska*, *Július*, *Június*, *Jupiter*, *Jus*, sunt aeque Europaea.
Jubilér, gemmarius, etiam Slavi Bohemi negotiatorem gemmarium nominant *jubiljř*, sed Germani Juwelier, a Juwel vel Juwele.
Juharfa, acer, factum est ex Ahorn, aut ex *javor* slavico, vide *Javor.*

Jun-

Jungáta, caseus fiscellaris, — *juncatus*, — habet Páriz Pápai, et ex secunda terminatione, nempe *juncata*, factum est *Jungáta*.

Juszalag, *iszalag*, solanum dulcamara, Linn. ex slav. *swlak*, vide *Iszalag*.

K.

Kabala-ló, equa, est lat. *caballa*; sed *caballa*, factio, est die Kabale.

Kabótza, die Zikade, contractum est ex slav. *kobilitza*: slavicae gentes cicadam nominant mox *konjk*, *konjček*, equulus, mox *kobylka*, *kobylica*, vulgo *kobolitza*, ex quo factum primo *kobótza*, tandem *kabótza*.

Kád, cadus, etiamsi Hebraei quoque habeant *kad* (vid. Gram. Debr. p. 333.), verosimilius tamen est, Magyaros non ex Asia secum tulisse, verum ab Europaeis vita nomadica relicta, tandem suum *kád* accepisse sive a lat. *cadus*, sive a slav. *kád*, uti etiam

Kádár, i. e. bodnár, vietor, et *kádár-kalapáts*, tudes vietoris, quae sunt slavica, vide *Bodnár* et *kalapáts*.

Kakas, der Hahn, gallus gallinaceus, boh. kohaut et *kokeš*, illyr. russ. et polon. *kokoss*, ex quo mutato *o* in *a*, factum est *kakas*.

Kákolya, formatum est ex *cacalia*, etiam germ. Kakalie.

Kaktus, etiam ex ipso, quod significat, *cactus*.

Kakuk, *cuculus*, Kuckuck, Guckguck, slav. *kukuk*, *kukučka*, a voce eius naturali, etiam russ. *kukusska* et illyr. *kukavitza*; inde etiam

Ka-

Kakukfü, Kuckuckskraut, thymus serpellum, et *kakukkálni*, *kukukati.*

Kakutsálni, prospectare per rimam, gucken, *kukati*, *kaukati.*

Kalamár, mercator, a germ. Krämer, vide melius *Kalmár.*

Kalamáris, Dintenfaß, per errorem sic vocatur atramentarium, cum tamen sit theca calamaria vel *calamaris*, i. e. Federbüchse.

Kalamász, axungia, Wagenschmiere, formatum est ex slavico *kolomast* seu *kolomaz*, quod utrumque derivatur a *kolo*, rota, et compositum est prius cum *mast*, unguentum, posterius autem cum *maz*, linimentum. Slavi in Hungaria, Bohemia, Moravia, cet. dicunt mox *kolomast*, mox *kolomaz;* sed Russi, Poloni, Illyrii, cet. tantum *kolomaz.*

Kalangya, cumulus, sive foeni, sive manipulorum frumenti, Heu oder Garben Häufchen, derivatur a slavico *kladu*, pono, *skládám*, compono, quatenus foenum, vel frumentum in manipulis, ad cumulos componitur, *sklad*, polon. *klond.* —

Kalap, petasus, pileus, Hut, ex slav. *klop*, *klopauch*, *klobauk*, a verbo *klopjm*, herab hangen, quia crepido seu circumferentia pilei dependet, i. e. *klopj.* —

Kalapáts, malleus, slav. *klepáč*, malleus acuendis falcibus, a verbo *klepám*, pulsare, tundere, et quia istud aliqui Slavorum, e. g. Illyrii exprimunt *klapám*, et inde *klapáts*, ex hoc ortum esse *kalapáts*, nullum superest dubium. Sic etiam dim. *kalapátsotska*, *klepáček*, *klepačka*, eiusmodi malleolus, et *kalapálom*, *klepám*, illyr. *klapám*, pulso, tundo, klopfe.

Kala-

Kalapos-süveg, est idem quod *kalap*.

Kalastrom, est claustrum, ex quo etiam slavice *klášter*, et germ. Kloster.

Kalász, spica, est ex slav. *klas*, a *klati*, stechen, quod Bohemi, Illyrii, imo omnes gentes slavicae originis, pariter ac Slavi Pannonii, *klas* exprimunt; sed Poloni *klosz*, Russi autem *kolosz*, cui simile est *Kalász*.

Kalats, circulus, ex slav. *kolo*, dimin. *kolečko*, 1) rotula, Rädchen, 2) circulus, ein kleiner Ring, Kreis, 3) orbiculus, Scheibchen. Sic etiam

Kaláts, torta, placenta, est slav. *koláč*, a *kolo*, rota, circulus, orbis, significat vero primum placentam rotundam, rotae similem, in specie, sed postea etiam in genere quamlibet aliam placentam.

Kaláts-tzipó, vide sub *T*.

Kalaúz, praevius, dux viae, etiam Slavi multis in regionibus non solum ducem viae appellant *kalaúz*, verum etiam viam praeire aut monstrare uno verbo dicunt *kalaúziti*.

Kaliba, casa, tugurium, Slavi Pannonii, Illyrii, cet. etiam dicunt *kaliba*, maximam tamen partem *koliba*, et Bohemi *chalupa*, graece καλύβη.

Kalintza, *kalintzafü*, ajuga, chamoepitis, quidquid sit *kalintza*, tamen factum est ex slavico *kalina*, *kalinka*, ex quo, teste Adelungio, etiam quidam Germani formarunt Kalinken, loco Bachholder, viburnum opulus, Linn.

Kalitka, *kalitzka*, cavea, Käfig, est slav. *klecka*, *kletka*, boh. *kleč*, *klece*, *kljcka*, polon. *klatka*.

Kalmár, institor, mercator, factum est ex germ. Krämer, a Kram, taberna. Sic etiam *kalmár-bólt*, — *asztál*, — *tábla*, ex germ. Krämer,

et

et Bode, vel slav. *bauda*, *stol*, vel *stůl*, et lat. *tabula*, ac *kalmárkodni*, — *ság*, cet. —

Kálmos kalmus, acorus, germ. Kalmus, formatum est ex alia acori denominatione, nempe *calamus odoratus*, vel acorus *calamus*, Linn.

Kaloda, catasta, cippus infamis, Schandkloß, est slav. *klada*, quod Bohemi, Moravi, Croatae, Slavi Pannonii, Illyrii čet. *klada* nominant; Poloni *kloda*, Russi autem *koloda*, cum quo optime convenit *kaloda*.

Kalotsa, Colocia, est slav. *Koloča*, a *kolo*, inde *okolj*, boh. *wůkolj*, orbis, circulus, Kreis, et designat urbem circularem, i. e. in circulo primariam, Kreisstadt.

Kalpag, *kalpak*, tegmen capitis, turcice etiam *kalpach* (vid. Gram. Debr. p. 335.), mihi videtur *kalpak* eiusdem esse originis cum *kalap*, a radic *klop*, et inde *klopák*, *klopauch*, i. e. petasus e cuius pars demissa pendet (slav. klopj), unde, multi Slavorum nominant *klopák*, Bohemi *klobauk*, Russi *kolpak*, Illyrii vero *kalpak*.

Kályha, fidelia, testa fornacalis, Slavi etiam dicunt *kachla*, foem. et Bohemi, *kachel*, *kachljk*, masc. sed et Magyari et Slavi acceperunt a Germanis Kachel.

Kályha-kementze, compositum est ex germ. Kachel, et slav. *kamenice* vel *kaménce*, vide *kementze*.

Kamara, *kamora*, *camera*, germ. Kammer, slav. *komora*, graece *καμάρα*, et dim. *kamarátska*, convenit cum slav. *komorečka*, *komůrečka*.

Kaméleon-gyék, Chamäleon, formatum est ex lacerta *chamaeleon*.

Kámfor, *camphora*, Kampfer, slav. *kafr*, vulgo *kafor* et *kámfor*.

Ka-

Kamilla, alchemilla vulgaris, Lin. Sinnau, slav. strjbrnjk. Hocce ex *Alchemilla* recens factum vocabulum, potius *Alkemilla*. dici deberet, ne confundatur cum germ. Kamille, chamaemelum vulgare, aut matricaria chamomilla, Linn. vel cum Römische Kamille, anthemis nobilis, Linn. Sed iam, proter similitudinem florum eius cum *poculo*, nominatur *Bokál*. —

Kan, Eber, verres, est slavicum *kan*, qui etiam *kánec* dicitur.

Kanakútz-Bagoly, strix passerina; — *kanakútz* videtur formatum esse ex germ. Kauz, Käuzlein; *Bagoly* autem est magyaricum.

Kanári-Pinty, Kanarienvogel; *kanári* factum est ex fringilla *canaria; Pinty* autem ex slav. *pinkawa*, quod vide sub *P.*

Kanavász, *kanavátz*, tafetum duplicatum, pannus undulatus, bombycinus; — sed neque tafetum, neque pannus, eo minus bombycinus, quadrat ad linteum nomen gerens *Canavas*, vel *Canevas*, quod medio tempore *canabacium*, et inde *canevasium* dicebatur, a nomine *canabis*, in Latinitate medii aevi *canaba*, *canava*, *canapa*, slav. *konopa:* — a *canaba* (*canabe*) itaque est *canabacium*, a *canava* vero *canavacium*, ital. *cannevaccio* et *cannevazzo*, angl. *canvass*, gall. *canevas*, germ. Kanevas, slav. *kanawas*.

Kandalló, der Kamin; *kandikálni*, gucken; *kandika* et *kandilla*, Nigella, ista omnia sine dubio a verbo *candeo* sunt derivanda.

Kankalék, der Hacken, uncus, ortum habet sine dubio a slav. *hakljk*.

Kankalin, primula, simile est slavico *konwalinka*, Maybhume.

Kanna

Kanna, cantharus, est ex germ. Kanne.

Kanót, *kanótz*, die Lunte, funiculus incendiarius, factum est ex slav. *knot*, ellychnium, in omnibus slav. linguae dialectis *knot*, tantum in Russia *konot*, derivatur a verbo *tkati*, *tknauti*, exmisso *t*, *knot*.

Kanta, ein Krug, factum est ex *cantharo*.

Kantár, frenum, Zaum; etiamsi Slavi habeant uzda, udidlo, zubadlo vel zuballo, cet. tamen in Hungaria, Moravia, Illyrico, cet. dicunt etiam *kantár*, quod longe facilius deduci posset ex *kon*, equus, quam ex aliqua radice magyarica *kan*, vel *kon*, quae vix existit. —

Kántor, 1) est lat. *Cantor*; 2) angaria, seu spatium trimestre, quartale, quatember, a *quatuor*, i. e. quarta anni pars; Slavi etiam dicunt *kántry*, Illyrii vero *kántor*.

Kantsó, Krug, aut ex Kanne, aut ex *cantharo* factum est.

Kantza, equa, die Stutte, contractum est ex slav. *konitza*, a *kon*, equus, in foeminino *konica* et *konina*, quamvis Slavi dicant etiam *kobyla*.

Kánya, milvus, buteo; sed buteo est nádi-bika, seu dobos-gém, ardea stellaris, ergo huc non pertinet; *kánya* autem, falco milvus, Linn. est purum slavicum *kánya*, i. e. *káňa*, boh. *káně*. — Inde etiam *kányafa*, viburnum tinus, et *kányafü*, sisymbrium Sophia.

Kápa, *capa*, capitium, slav. et illyr. *kápa*, boh. *kápě*, polon. *kápitza*, germ. Kappe: ergo *kápa* est vocabulum europaeum.

Kapa, *kapálok*, *kapás*, cet. omnia ex slav. *kop*, *kopáč*, *kopati*, in omnibus dialectis linguae slav. fodere; imo etiam de equis *kapálni*, *kapállózni*,

Slavi

Slavi quoque dicunt *kopati*, et eiusmodi calcitrosum equum *kopawý*.

Kapaszkodni, *kapdosni*, *kapkodni*, omnia videntur facta esse ex *capio*, *capto*.

Kapitális, das Kapital, est latinum *capitalis*, *capitale*.

Kapitány, der Kapitän, gall. *Capitain*, lat. *Capitaneus*.

Kapitulálás, *kapitulálni*, est Kapitulation, kapitulieren.

Kaphatni, *kapkodni*, *kapni*, cet. omnia sine dubio a *capio* derivanda sunt.

Káplány, factum est ex lat. *Capellanus*

Káplár, der Korporal, Cel. Adelungio innuente, non deberet dici Korporal, quia non descendit a *corpore*, ut sit *corporalis*, verum a gall. et ital. *Caporal*, et istud a *Capo*, caput, Haupt, unde bene quidam Germ. exprimunt Kaporal, vulgo Kapral, Slavi etiam *kaprál*, et Magyari per metathesin, *káplár*.

Kápolna, aedicula sacra, sacellum, slav. *kapla*, *kaplina*, boh. *kaple*, *kaplice*, germ. Kapelle, cuius vocabuli origo singularis est, nempe: *Capa* (vide *kápa*), erat olim vestimentum, quo simul etiam caput tegebatur, et a quo diminutivum erat *capella*. Reges Franconici capam S. Martini pro singulari re sacra reputabant, et eximias personas pro custodibus eius denominabant, qui primi vocabantur *Capellani*. Aedicula autem, in qua ista *capa* cum aliis rebus sacris asservabatur, mox nomen *Capellae* obtinuit, unde sensim omnis aedicula sacra, quae non erat templum parochiale vel episcopale, *Capella* nominabatur; ex *Capella* autem Germani formavere Kapelle, Slavi vero *kaplina*,

et

et sine dubio ex hocce slavico Magyari suum *ká-polna*, uti etiam exiguum sacellum, *kápolnátska*, ex diminutivo *kaplinečka*, dicitur tamen etiam *kaplička* et *kaplinka*.

Kapor, Dillen, anethum, est slavicum *kopor*, boh. et polon. *kopr*, illyr. *kopar*, ex quo exstitit *kapor*.

Kaporna, *capparis*, in omnibus quidem europaeis linguis fere eadem est fruticis et fructus istius denominatio; magyaricum tamen *kaporna* proxime ex germ. Kapern factum esse videtur.

Káposzta, das Kraut, brassica, non descendit a nomine *Káp*, ac si quidam *Káp*, eam in Europam tulisset, et sic esset quasi *Káp hozta*, — quemadmodum quidam sine fundamento existimant; neque a *Caputio* Monachorum, quasi vero Monachi Capucini usum brassicae Magyaros edocuissent, et illi, derivatione a *Caputio* eorum ducta, eam *kápa hozta*, i. e. caputium adtulit, postea *káposzta* nominassent; (vid. Hung. in Parabolis, p. 52. et 53.) sed est purum putum slavicum, in omnibus eiusdem linguae dialectis obvium, vocabulum *Kapuszta*. —

Káposzta-palánt, die Krautpflanze, compositum est ex slavico *kapusta*, et ex latino *planta*.

Kapotnyak, asarum, formatum est ex slav. *kopytnjk*, idem significante. Omnes fere gentes slavicae, Bohemi, Poloni, Croatae, cet. dicunt *kopitnyjk*, tantum Russi *kopiten*, et Illyrii *kopitnyak*, ex quo Magyari formavere suum *Kapotnyak*. —

Kapots, Haftel, fibula, sine dubio est ex slavico *kapec*, *kapce*, sicut etiam *kaptsolni*, *kapčiti*, *zakapčiti*; imo etiam Proverbium habent Slavi:

Babku

Babku k babce, budau kapce, adde parum parvo, cet. —

Kappan, *capo*, ex *capone*, est germ. Kapaun, et magy. *kappan*.

Káprázni, *kaprozni*, *kaprodzni*, male videre, derivandum est sine dubio a *kapor*, slav. *kopor*, secudum dictum Salvatoris nostri *Matth.* 23, 23. *megdézmáljátok a' mentát*, *a' k a p r o t*, 's a' t. *és elhadgyátok a' mi a' törvényben fö dolog volna*, 's a' t. inde *kaprozni*, slav. *kopřiti*, i. e. more Scribarum et Phariseorum non bene videre. Vide *Kapor*.

Kap'si, *kapkodó*, der alles wegreißen will, est *captans*, rapiens, *captator*.

Kapta, crepida, Leisten, factum est ex slav. *kopyto*, quod apud omnes gentes slavicas partim ungulam equinam, partim vero formam calcei seu crepidam significat; Magyari mutato *o* in *a*, primum fecerunt *kapita*, postea *kapta*.

Káptalan, das Kapitel, ex latino *Capitulum* formatum est.

Kaptár, Bienenstock, multi Slavorum quidem etiam dicunt *kaptár*; sed puto, vocabnlum hocce esse latinae originis, designareque speciem quandam alvearii, quo apes *captantur:* habent enim Slavi alia nomina alvearii, e. g. koš, košjk, uti Magyari méh-kosár, si nempe sit vimineum, aut ex virgulis instar corbis plexum; kbel, kbeljk, klát, krč, cet. si sit ex ligno excavatum; et in genere *aul*, *úl* russ. *ulej*, qualecunque alveare.

Kaptza, soccus, Slavi etiam habent *kaptza*, Croatae *kapcjá*, Poloni *kapcie*, Illyrii *kopitza*, et Faustus Verantius perhibet, Magyaros ex *kopitza* fecisse suum *Kaptza;* sed non est necessum inde

inde derivare, cum plerique Slavorum dicant, uti Magyari, *kaptza*.

Kaput, est Kaputrock, et

Kaputzán, habena, factum est ex Kappzaum.

Kár, damnum, primo obtutu existimarem esse genuinum magyaricum; sed Faustus Verantius asserit, Magyaros a Dalmatis, (cur non ab aliis Slavis, e. c. Pannoniis?) istud vocabulum accepisse, qui dicunt *kvár*, damnum, et *kváriti*, i. e. *kárositani*, damnum dare, detrimentum inferre, ex *kvár* itaque, omisso *v*, factum esse *Kár*.

Karabély, est Europaeum, *Carabina*, slav. *karabjna*, germ. Karabiner, gall. et angl. *Karabine*, cet.

Karabó, formatum est aut ex lat. *corbis*, aut ex germ. Korb.

Karaj, *karima*, extremitas, circumferentia, margo, ora, est slavicum in omnibus dialectis usitatum *kraj*, idem significans, quod Illyrii atque Croatae etiam *karma* et *krima* nominant.

Karalábé, brassica oleracea, gongyloides, factum est ex germ. Kohlrabi.

Karám, taberna, formatum est ex germ. Kram.

Karasia-posztó, est pannus *carisanus*, seu *carsanus*, ab urbe *Carso* sic appellatus; *posztó* est slav. *postaw*, quod vide sub *P*.

Kárász, *chorax*, *coracinus*, Plin. *carassius*, vel cyprinus *carassus*, Linn. germ. Karausche, slav. boh. polon. russ. *karas* et *karásek*.

Karátson, *karátsony*, festum natale Christi, Weihnachten, factum est ex slav. *Kratšún*, *Kračauň*, quod descendit ab adiectivo *krátký*, brevis, *kratšj*, brevior, *neykratšj*, brevissimus: quia illo tempore, quo festum natale Christi celebratur, dies sunt brevissimae; ex modo comparativo

kratšj

kratšj, russ. *korotsj*, fecerunt Slavi, pro more suo, substantivum *kratsún*, Russi *korvtsún*, ex quo facile formatum est *Karátson.*

Nota. Plerique eruditorum Magyarorum volunt deducere *Karátsony* ab *incarnatione*, quod sit festum incarnationis, (vid. Gram. Debr. p. 339. et Hung. in Parab. p. 31.) sed ista derivatio plane ita est comparata, ut illa, cum in Gramm. Debr. p. 301. *Szerda* vel *Szereda*, a Persico Mago *Zoroastre* deducitur (vide sub *Szerda*), qualem enim nexum habet *Szerda* cum *Zoroastre*, etiamsi is, quod incertum est, *Zerdus* nominatus fuisset? — Otrokotsi autem in Orig. Hung. P. I. p. 463. deducit *Karátson* ab Hebr. קָרַח *Karach*, et quidem 1) quia vox haec significat gelu, glaciem; 2) quia significat etiam oriri, germinare, item crescere, ut sic *Karátson* esset ortus, nempe Domini secundum carnem. — „Si „sic, inquit, tum dicendum est, antiquiores Ma„gyaros primitus conversos, hoc nomen Natali Do„mini dedisse, cum adhuc in usu nostris fuisset hoc „in significatione *ortus* usurpari. Hodie enim vix „aliquod apparet in usu vulgari huius significationis „vestigium a dicta radice, nisi τῷ, *kortsma*, h. e. „caupona, dicamus tale quid in se involvere, eo „quod in *kortsma proventus oriatur* Dominis ta„bernae. — Item *kortsolya* (instrumentum promo„vendi plena dolia), quod *itus* et *reditus* signifi„catum in se videtur comprehendere.“ — cet. Haec ille. — Sed Slavi sine dubio tempus hocce a brevioribus diebus prius *kratsún*, *korotsún* appellabant, quam conversi essent, ergo priusquam de *incarnatione* Domini aliquid scivissent. — Idem Otrokotsi scribit Lib. cit. p. 462. lin. ult. vocem *Karátson* obscurissimae esse originis, et per se nullo modo significare *Diem Natalem* Domini; quod omnino verum est; sed si is melius slavice scivisset, et nomen slav. *kratsún* cognitum habuisset, certe ultro admisisset, *karátson* non esse domesticum, sed adventitium, et longe facilius posse deduci ex slav. *kratsún*, *korotsún*, quam ex hebr. *karach*. — Saepe bonus vir eiusmodi etiam vocabula, licet coacte, ab hebr.

hebr. lingua deducit, quae sunt genuina Europaea; e. g. pag. cit. 463. ex eadem radice *karach* hariolatur provenire *kortsma*, *kortsolya*, *kikirts* et *kartsú*; cum tamen *kortsma* et *kortsolya* sint voces slavicae, quas vide sub *K*, *kikirts* autem et *kartsú* longe facilius ex slavico, quam ex hebr. deduci possint. — Sic etiam *Karátson*. Si enim majores Magyarorum ferias septimanae; mediam *szreda*, *szerda*, quartam *tsetvertek*, *tsötörtök*, quintam *pjdtek*, *pientek*, *pentek*, a Slavis poterant accepisse, uti certo acceperunt: cur non denominationem illam a brevioribus diebus, *kratsún*, *korotsún*, *karátson*? Vide Páriz Pápai Dict. Hung. Lat. p. 1068. ubi is: „Ita, inquit, nomina quarundam septimanae feria„rum sunt scldvonica — (slavica ponere debuisset); „ut: *Szereda* a *Sztreda*, *Tsötörtök* a *Tstvartok*; „*Péntek* a *Pietok*, etc." — Vide in hocce Elencho *Szerda*, *Tsötörtök* et *Péntek*.

Karátyolni, plaudern, sine dubio ex slavico formatum est nempe *krátiti*, scil. čas, aut *kratochwjliti*, kurzweilen, quod derivatur a *krátký*; kurz, russ. *korotký*.

Karbáts, *korbáts*; Karbatsche, etiam slav. *korbáč*; *karabáč*.

Kárbunkulus, Karbunkel, ex lat. *carbunculus*; quod descendit a *carbo*.

Kard, ensis, gladius, slav. et boh. *kord*; sed etiam *meč*, quod et Poloni, et Russi habent, illyr. *korda*. Inde derivatur etiam *kardhal*, xiphias gladius, imo etiam *kardorrúmadár*, Säbelschnäbler, recurvirostra, et *kardtsiszár*, Schwertfeger.

Karé, *karéj*, cum significat ein Scherz Brod, rectius Schnitte Brod, quadra seu segmentum panis; derivandum est a slav. *kragjc*, idem significante; quod deducitur a *krágjm*, scindo; cum autem significat *katona karé*, est ipsum militare Karee, Quaree; sed cum significat lobulum auris,

 Ohr-

Ohrläppchen, tunc derivandum est a slav. *kraj*, vide *Karaj*.

Karima, vide *Karaj*, inde *karimás*, quod habet marginem aut circumferentiam, slav. *krajmá*, illyr. *krrimá*.

Karmasin, *karmazsin*, *cramoesinus*, *carmesinus*, vel coccineus, Slavi etiam dicunt *karmažjn*, boh. polon. russ. *karmazin*, germ. Karmesin, quod, Adelungio teste, a gallico *Cramoisi* est acceptum, etsi sit origine arabicum, formatum nempe ex *Kermes*. Nostri Magyari sine dubio non ab Arabibus, sed ab Europaeis acceperunt suum *Karmazsin*.

Kar-mester, ex ipso latino, quod significat, *chori magister*, factum est.

Karoly, *karvoly* et *karuly*, falco nisus, Linn. factum est ex slav. *krahul*, *krahulec*; illyr. *kraguly*, *kragulyacz*, polon. *krogulecz*, idem.

Kártabiánka, Kartabianka, *Carte bianche*, *charta blanca*, factum est ex italico *Carta bianca*.

Kartáts, die Kartätsche, slav. etiam *kartáč*.

Kártévö, schädlich, slav. *kwářiwý*, vide *Kár*.

Kártifiola, brassica oleracea bothrytis, Karviol, in Helvetia Karbiviol, ital. Cavolo-fiore, sine dubio ex *Cauli florido* formatum est.

Kárton, Kattun, slav. *kartaun*, pannus gossypinus, *Cattun*.

Kartsú, gracilis, et *kartsú emberek*, vesculi, optime deduci posse videtur a verbo slav. *krčjm se*, corrugor, quod aliqui exprimunt *karčjm*, alii *kerčjm*, Poloni *kurtsim*, inde *krček*, *karček*, *skrček*, *skarček*, cet. vesculus, cet. —

Kártya, die Karte, sla. *karta*, ex latino *charta*; et inde *kártyás*, Kartenspieler, *kartář*, cet. —

Kar-

Kartzolni, fricare, scabere, factum est per metathesin ex germ. kratzen, kratzeln.

Karvoly et *karuly* madár, nisus, ex slav. *krahul*, vide *Karoly*.

Kas, corbis, est genuinum slav. *koš*, ex quo, mutato *o* in *a*, factum est *Kas*.

Kása, puls, etiam purum putum slavicum est, in omnibus dialectis usitatum, *kaša*, tantum boh. *kaše*, et *kásátska*, pulticula, *kašička*; imo multi Slavorum etiam *kásavirág* nominant *kašička*; *kasa* vero a *kúšati*, rodere, manducare.

Kásamáta, *kaszamáta*, Kasematte, est originis italicae a *Casematta*, seu *Casamatta*, i. e. domuncula occulta.

Kaskarilla, Kaskarille, ex *Croton Cascarilla*, aliis clutia eluteria, Linn.

Kasornya, der Topfspagat, slav. *štwerňa*, *čtwerňa*, *čtwerňe*, idem.

Káspium, tenger, est ipsum mare *Caspium*, das kaspische Meer.

Kassa, város, Cassovia, Kaschau, est slav. *Košice*.

Kassa, *Kaszsza*, die Kasse, factum ex ital. *Cassa*.

Kastély, Kastell, slav. *kaštél*, *kaštýl*, ex latino *Castellum*.

Kasza, falx foenaria, die Sense, est slavicum *kosa*, in omnibus dialectis, et *kaszátska*, *kosyčka*, *kaszálni*, *kosyti*, nec non *kaszabolni*, zusammen hauen, cum reliquis, quae a *kasza* derivantur, e. c. *kaszakő*, *kaszálás*, *kaszáló*, cet. —

Kaszárnya, Kaserne, gall. *Caserne*, slav. *kasárňa*, a latino *casa*.

Kaszás, 1) der Mäher; 2) die Krebsspinne, vide *Falangya*; sed *kaszás* est a *Kasza*.

Kászia, est ipsa *Cassia*, et *Kajtár* factum est ex *Chajturus*, Linn.

Kasznár, sitocomus, slav. *obročnj* ab *obrok*, quamvis etiam Slavi multis in locis dicant *kasznár*; sed est vox germ. Kaßer, Kaßner, Kastner, a Kasten, non a turcico *kasznadár*, uti Gram. Debr. p. 335. innuit.

Kástor-Hód, der Biber, Kastor, est *Castor* Biber, slav. bobr, et inde *kástóreum* vel *kásztóreum*, *castoreum*, Bibergeil, bobrowý strog.

Katang, vel *katánkoró*, vide *Tzikória*; videtur factum esse ex slav. *čakánka* vel *čekánka*, *cichorium*.

Kathédra et *Kathólikus*, esse voces graco-latinas, nemo non videt.

Katlan, lebes, clibanus, catinus, furnus figulinus; secundum hanc Páriz Pápai expositionem nemo scire poterit, quid sit *katlan*; iam Cl. Márton melius determinavit sensum illius per Waschherd, est enim focus, sed non tantum lavando, verum etiam aliis serviens: ego, ex usu Slavorum, qui foculum aheno vel lebeti aptatum nominant *kotlan*, *kotlon*, *kotlistye*, imo per abusum etiam *katlan* (a *kotel*, ahenum, lebes), sustineo affirmare, magyaricum per *Katlan* nihil aliud intelligere debere, quam slavicum *kotlan* et *katlan*.

Katrabotza, Käsesuppe, huius descriptionem vide sub *Domika*.

Kátsa, anas, est slavicum, quod pro diversitate dialectorum diverse pronunciatur, *kátsa*, *katsena*, *kutsitza*, *katska*, *kachna*. Bohemi pullum anatinum nominant *káče*, *káčátko*, Moravi et Panonii Slavi *káča*, *káčátko*.

Ka-

socio et palatium pro aula regia. — In Gram. Debr. praef. pag. XVII sic legitur: „Ama régi „kedves szónk is: *Nádor-Ispán* idegen szó, „szintúgy mint ez: *Palatinus*. Mit tsinál azért „az, a' ki magyarúl akarván szóllani, nem mondja „ezt: *Palatinus*, hanem a' helyett mindenkor „*Nádor-Ispánt* mond? Idegen (scil. Deák) szót „tserél fel más idegen (scil. Tót) szóval.“ — i. e. Etiam illud antiquum nobis carum vocabulum: *Nádorispán*, est peregrinum, perinde atque istud: *Palatinus*. Quid itaque facit is, qui magyarice loqui volens, nunquam dicit *Palatinus*, verum loco illius semper *Nádorispán?* Peregrinum (scil. latinum) vocabulum commutat cum alio peregrino (scil. slavico) vocabulo. — Hinc patet, *Nádorispán*, vel, ut alii volunt, *Nándorispány*, certe esse slavicum *Nádwornjšpán*. —

Nádra et *Nádrafü* vide *Mádra* et *Mádrafü*.

Nadrág, caligae, femorale, est ex illis, quae in Gram. Debr. p. 352. inter incertae originis vocabula ponuntur; sed est sine dubio slav. originis, compositum ex praep. *na*, in, ad, et nom. *drağa*, iter, via. Magyari, more Asiaticorum populorum, sine dubio laxa femoralia gestabant, cum in Europam venissent, Slavi vero, inprimis pro itinere, arctiora, qualia appellabant *nohawice na drāğu*, vel uti solent, una voce, *nadrāğně*, i. e. ad iter accommodatae, seu, quod idem est, viaticae caligae, quasi diceres germ. Reisehosen. Recte tali cum terminatione et cothurnos appellabant *škorně*, quemadmodum et hucdum multi ita dicunt, quod ex *skora*, i. e. corio, facti sint.

Nadra-

Nadragulya, *natragulya*, Alraun, sine dubio ex atropa *mandragora*.

Nagy-Péntek, Charfreytag, ex slav. *weliký Pátek*, sicuti et *Nagy-Szombat*, *weliká Sobota*: nam neque Latini, neque Germani istas dies *magnas* appellant, tantum Slavi, et, qui ab istis ea didicerunt, Magyari.

Naphatár-abronts, est vox recenter a quibusdam Magyarorum formata, *Tropicus*. Quid vero eo profecerunt? Repudiato uno peregrino, susceperunt duo vocabula, *határ*, et *abronts*, quibus praeposuerunt magy. *Nap*, sic exstitit hybridum et decompositum.

Narants, Pomeranze, uti istud germ. ex duobus vocabulis: *poma aurantia*, factum est, ita illud ex istis duobus: *mala aurantia* compositum esse videtur.

Nárdusfű, Nardengras, est *nardus*, Linn.

Nártzis, Narzisse, est *narcissus*.

Narvál, Seenarval, est diodon *narval*.

Naspolya, *naszpolya*, slav. *nešpula*, germ. Mispel, *mespilum*.

Nászád, liburnica navis, est purum slav. *násad*, a verbo *sadjm*, pono et comp. *nasadjm*, impono, quod dicitur etiam *náklad*, Fracht, et *nákladnj* vel *násadnj lodj*, Frachtschiff, navis oneraria, is autem, qui navim eiusmodi aut possidet, aut saltem dirigit, *nászados*, *násadár*, *násadnjk*.

Nátha, der Schnupfen, Strauchen, coryza, rheuma, est slav. *nátcha*, vel rectius *nádcha*, a verbo *dchnu*, spiro, russ. *násmork*, i. e. *násmrk*, quae eadem sunt, tantum cum illa distinctione, quod *dchnutj* vel *dýchánj* et ore et naso fiat, *smrkánj*

vero

vero tantum naso; sed in coryza vel rheumate utrobique graviter, propterea dicitur etiam grauedo.

Náva, classis, factum est ex *navi.* —

Néma, ſtumm, mutus, a, um, slav. němý, *němá*, němé, hic etiam sécundam adamarunt nostri Magyari terminationem, uti in aliis, e. g. *Kurta*, curtus, a, um, *Drága*, dragý, *dragá*, é, et similibus. — In Gram. Debr. pag. 280 lego. „Igaz, „hogy Tót szó is *němý;* de mellyik vette a' má- „siktól? Túl a' Dunán: *kuka.*“ — Qualis vox sit *kuka*, liquide dicere non possum; dubito tamen, esse Magyaricam, cum nullam vocem inveniam, a qua possit derivari, praeter slavicam *kukati*, cuculare; sed *néma* credo, ita esse slav. originis, uti *drága*, *tiszta*, *tompa*, etc. — Omnes enim gentes slavicae dicunt *němý*, illae etiam, quibus cum Magyaris vel exiguum, vel nullum unquam fuit consortium. Hinc facile respondere possumus ad quaestionem illam: „de mellyik vette a' másiktól?“ — quis accepit ab altero? — An Slavi a Magyaris, vel vice versa? — vide Grammat. Debrec. pag. 351 Nro 5. aut hic sub *Kováts.* Etymon magyaricum *né*, uxorem significans, perinde huc pertinet, ac *szal* in *szalma*, quod est slav. *sláma*, (vide Gram. Debr. p. 280): — Sic etiam

Német, Germanus, Teuto, *Němec*, sane slavicae est originis, etiamsi quicunque antiqui Scriptores de Nemetis seu Nemetibus, gente germanica, scribant: hoc enim nomine Slavi olim omnes gentes, quae cum ipsis loqui non poterant, appellarunt; sed sequentibus temporibus solis tantum Germanis, seu Teutonibus, hocce nomen apud

apud Slavos inhaesit. Magyari autem gentes germanicas et slavicas, quas in Dacia et Pannonia invenerunt, communi nomine *Góth*, postea *Tóth* appellarunt. De quo Lud. Tubero Lib. 1. §. 6. sic scribit: „*Slavenos Hungari Góthos vo-* „*cant, licet primam literam huius vocis per T* „*efferant, Tóth.*“ — Tandem vero commune illud Gothorum et Slavorum nomen *Tóth* Slavis solis mansit, pro Germanis autem elegerunt Magyari nomen a Slavis adoptatum, formatumque ex *Němec*, *Német*, uti ex *němý*, *němá*, *néma.* —

Neograd, sub hoc nomine veniens in Hungaria Comitatus, est purum slavicum, *nowyhrad*, *nowygrad*, vel *nowogorod*, prout eius oppositum *Stargrad*, Altenburg.

Nimfa, est *nympha*; et 2) die Seerose, *nymphaea.*

No! nosza! nun, wohlan! slav. *no! nože!* vel *nu! nuže!* Inde

Nóditni, *nógatni*, aufmuntern, slav. *nutiti*, *naukati*, *ponaukati.*

Noszolya, *nyoszolya*, lectica, sponda, formatum est ex slav: *noszila*, boh. *nosydlo*, pol. et russ. *noszilo* et *noszilka*, illyr. *noszila*, a verbo *nosým*, fero, gesto.

Nóta, Melodie, est *nota*, melodia; 2) die Anmerkung, *nota.*

Nótza, recens factum ex *Knautia.*

Nyavalya, aerumna, miseria, Widerwärtigkeit, factum est ex slavico *nyevolya*, boh. *newole*, illyr. *nevolja*, polon. *nievolja*, compositum ex adv. *ne*, *nie*, non, et *volja*, *wuola*, *wůle*, voluntas, et significat quidquid est contra voluntatem, quod non libenter toleratur, e. g. miseria, morbus, mancipatus, etc. hinc *nyavalyás*, miser,

est

est *newolný*, et subst. *newolnjk*, propterea Russi mancipium nominant *rab* et *nievolnjk*.

O.

Obégatni, wehklagen, factum est ex germanico auweh! oweh! —

Obsit, die Entlassung, der Abschiedsbrief, est germ. Abschied, vulgo Obschiet, et inde *Obsitos*, ein entlassener Soldat.

Offerálás, oblatio, et *offerálok*, formata sunt ex lat. *offero*.

Okulár, Brille, conspicillum, factum est ex vitro *oculari*.

Oláh, Wallachus, et *Olasz*, Italus, facta sunt ex slavica Italorum denominatione: *Wlach*, *Walach*, pol. *Wloch*, russ. *Woloch*.

Olaj, oleum, Oehl, *ἔλαιον*, slav. *olej*. In omnibus quatuor linquis europaeis cardinalibus fere eadem est olei denominatio; slavicum tamen *olej* maxime convenit cum magyarico *Olaj*. —

Ólom, *ón*, plumbum, factum est ex slavico *olowo*, das Bley.

Olotsán, *óltsán*, recens formatum ex vocabulo *Holosteum*.

Óltár, Altar, slav. *Oltář*, ex lat. *Altare*.

Onoka, vide rectius *Unoka*, quia factum est ex slav. *unuk*, genit. *unuka*, boh. *wnuk*, nepos, *wnučka*, neptis, etc. —

Ontra, Frösche am Faß, Kimme, formatum est ex slav. *útory*, boh. *autory*, polon. *ontory* et *ontora*, idem.

Opál, est *opalus*.

Opera

Opera, die Oper, *opera.*
Óra, Uhr, factum est ex lat. *hora.*
Orgona autem ex *organo*, Orgel; sed
Orgonafa, spanischer Hohlunder, ex slav. *orgovány.*
Orgonálni, *orgonázni*, slav. *orğanovati*, boh. *warhanowati*, et *Orgonista*, Organist, organoedus, slav. *orğanista*, boh. *warhanjk.*
Origyinál, est *originale.*
Ornits, factum est ex *ornythogallum.*
Orosz, Russus, Ruthenus, factum est ex ipso *Rosz*, *Rusz*, et inde
Oroszlán, Löwe, leo, leaena, ex *Orosz* et lat. *leaena*, aut slav. *laň*, *laně*, i. e. cerva, sic *Oroszlán* esset cerva russica. —
Ort, quadrans, quarta pars floreni, est germ. Ort, sine dubio ex Quart vulgo Quort.
Orvos, medicus, in Gram. Debr. p. 301. deducitur ab *Orpheo*, quod nomen hoc hebr. et arabice sanantem significet; sed nonne potius ab Europaeis nostri Magyari didicerunt vocem *Orvos?* e. g. Arzt, Frischio teste, descendit a lat. *ars*, unde quidam Germani dicunt Arst, vulgo *Orst*, ex quo facile potuit formari *Orvos;* aut vero, nonne posset deduci ex antiquo slav. quo Russi hucdum utuntur, *vrats*, *vrocs*, medicus, cui *o* praepositum est, et factum est *Ovrots*, tandem transpositis literis, *Orvots*, et denique *Orvos?* —
Osonna, rectius *usonna* vel *uzsonna*, ex slavico *užiwna*, a verbo *užjwám*, einnehmen, sumere id, quod homo meretur, inde merenda, germ. Jausen, polon. *južina*, russ. *užiny*, illyr. *užina*, vide *Uzsonna.*
Ostábla, alveus lusorius, Dambret, factum est ex *tabula*, praeposito *os.*

Ostoba

Ostoba, Dumm, ex ipso, quod significat, *stupidus*, formatum est.

Ostriga, *ostrea* edulis vel *ostreum*, germ. Auster, slav. *ostrya*, boh. *austrye.*

Ostrom, impetus, oppugnatio, factum est ex germanico Sturm.

Oszlop, columna, ex slav. *slaup*, polon. *szlúp;* slavico *szloup* praepositum est *o*, sic exstitit *oszloup*, postea contractius *Oszlop.*

Otromba, immanis, impolitus, inurbanus, grob, factum est ex slavicis dicteriis contumeliosis: *trub*, *trup*, *trubiroch*, *trauba*, *otruba*, et similibus.

Ozmund, est vocabulum recens factum ex *osmunda*,

Öbliteni, eluere, Faustus Verantius deducit ex dalmatico *obliti;* sed non solum in Dalm. vel Illyrico, verum etiam in aliis slav. linguae dialectis *obliti* est idem, eluere, quod etiam *oplåknauti* et *wyplåknauti* dicitur, et inde *öblités*, *oblitj*, elutio, *öblitett*, *oblitý*, elutus.

Ölyv, *elyv*, accipiter, convenit cum graeco ἐλεος.

Ösztöke, rallum, formatum est ex slav. *styk*, vide *Eszteke.*

Ösztön, stimulus, est merum slavicum *osten*, tantum vocales *o* et *e* in *ö* sunt mutatae; non itaque ortum est ex anteriore parte vocis lat. *stimulus*, uti Sp. D. *Nagy de Beregszász*, Dissert. Philol. de vocab. deriv. et formatione, Pestini, 1815, pag. 114. hariolatur.

P.

Pad, Boden, croatice *pod*, slav. *podlaha*, pavimentum; — ex ipsis primis syllabis Boden et *podlaha*

lalia

laha, maxime tamen ex croat. *pod* videri potest origo vocis *pad*, de quo vide plura sub *Padlás.*

Pádimentom, est *pavimentum*, *pádimentomos*, *pavimentatus*, et *pádimentomozni*, *pavimentare.*

Padlás, Boden, est slav. *padláž*, *podlaha*, *podlážka*, comp. ex praep. *pa* et *po* atque verbo *dlážjm*, sterno, tabulo, i. e. *padlom*, et *padlásolni*, *podlážiti.* *Padlás-gerenda*, vide *Gerenda.*

Padmaly, die Wölbung, sic habet Cl. Márton; sed Páriz Pápai, cauum littoris, ein ausgehöhltes Ufer, unterwaschene Seeküste, et recte quidem, quia factum est ex slav. *podmel*, i. e. ab aqua excavatum vel subrutum, a verbo *podmeli*, *podmjlám*, unterwasche, unterwühle, quod aqua facit in littoribus.

Páfrán, Farrenkraut, polypodium, formatum est ex slav. *paprad'*, *kapradj*, filix, uti *Paprád* vel *Páprágy*, quae vide inferius.

Pais, das Schild, clypeus, scutum, factum est ex slav. *pawéz*, *pawéza.*

Pakét, das Päckchen, est ipsum Packet, inde *pakolni*, packen.

Pakótza, *paszkontza*, *patkontza*, eupatorium cannabium, Alpkraut, est slav. originis; Alp enim inter alia nomina vocatur slavice *paskudnjk*, et herba Alpkraut, eupatorium, credebatur esse bona contra ephialten seu incubum, ideo nominata est *paskudnica*, *paszkudnicza*, ex quo factum *Pakótza*, etc.

Pakrótz, vide rectius *Pokrótz*, quia factum est ex slav. *pokrowez.*

Pakulár, *pakurár*, formatum est ex latino *pecuarius.*

Palánk, die Planke, factum est ex *planca.*

Pa-

Palánt, *palánta*, et *planta*, die Pflanze, *plántálás*, *plántálni*, nihil aliud est, quam latinum *Planta*, *plantatio*, *plantare*.

Palást, Mantel, convenit quidem cum lat. *palla*, *pallium*, magis tamen cum slav. *plášť*, quo etiam Bohemi, Poloni, Russi, Illyrii, cet. utuntur.

Palaszk, *palatzk*, lagena, Flasche, factum est ex slav. *plosk*, russ. *poloszk*, quod derivatur ab adj. *ploský*, flach, inde subst. *ploska*, *ploskost*, die Fläche, et aliud subst. *plosk*, die Flasche, lagena plana vel compressa, et tandem qualiscunque.

Palaszka, *poloska*, die Wanze, cimex, etiam ex slav. factum est, quia est *ploská*, flach, inde subst. *ploska*, *poloszka*, *ploška*, *ploštice*, *plošticka*, etc. Sic etiam

Palaszkfü, thlaspi, slav. boh. pol. *plošticnjk*.

Palatinus, Comes *Palatinus*, vide *Nádorispány*.

Palatsinta, Palatschinte, factum est ex *placenta*, secundum italicam pronunciationem.

Paléta, *poléta*, est das Billet, die Polete.

Pálinka, *pályinka*, Brantwein, crematum, est slavicum *pálenka*, a verbo *páljm*, cremo.

Pálinkás, *pálenkowý*, et *pálinkázni*, *pálené* aut *pálenku pjti*, crematum bibere.

Palizáda, est die Palisade. —

Palka, Zypergras, cyperus, est purum putum slavicum; *palka* enim et *palička*, apud gentes Slavicas inter alia typham, Kolbe, significat, quae scirpo innascitur, qui Germ. Binse, sed etiam Zypergras nominatur, teste Adelungio.

Pállani, ventilare, est slav. *pálati*, *opálati*, schwingen, ventilare, et inde

Pallás, *pálánj*, *opálánj*, et *palló rosta*, *pálagicý řešeto*, vel uno verbo *opálka*, Schwinge, van-

vannus, vide *Rosta;* 2) *Pallás*, der Boden, vide *Padlás.*

Pallér, der Palier, Pollier, et *pallérozás*, die Pollierung, ex lat. *polire*, ex quo etiam reliqua formata sunt: *pallérozatlan*, *pallérozni*, *pallérozott*, etc. —

Palló, der Fußboden, loco *padló*, ex *Pad*, vide *Padlás.*

Pallos, est der Pallasch.

Pálma et *Pálmafa*, die Palme, est *palma.*

Palota, der Pallast, est *palatium.*

Palozsna, Legey, est genuinum slav. a verbo *položjm*, ich lege, *položek*, *položna*, *položno*, et a *podložjm*, suppono, *podložek*, ovum suppositum.

Páltza, baculus, est slav. *palicza*, Slavi in Hungaria, Moravia et Illyrico, nominant baculum *palicza*, Poloni et Russi *palka*, Bohemi *hůl*, *hůlka; palice* autem Bohemis est fistuca, tudes, i. e. reliquis Slavis *kyganicé*, *kygánka.* — Ex *páltza* est dim. *páltzátska*, *palička*, et *páltzázni*, *palicowati*, etc.

Pályva est recens ex *palavia* factum.

Pamats, Pinsel, formatum est ex slav. *pomoč*, *pomoček*, *omoček*, a verbo *pomočjm*, *omočjm*, eintauchen, eintunken, quod fit penicillo.

Pamuk, *pamut*, gossypium, aut ex lat. *bombicinum*, aut ex germ. Baumwolle factum est; sic etiam *Pamutplánta*, Baumwollenpflanze, *planta*, gossypium herbaceum.

Panasz, querela, die Klage, est slav. *ponos*, ex verbo *nesu*, *nosým*, fero, et praep. *pa* vel *po*, *ponosugi*, *panaszolni*, nomen alicuius deferre, klagen, anklagen; sed alios etiam habet significatus, e. g. apud Slavos Pannonios, conqueror et exprobro, apud Russos, convicior, probris in-

cesso

cesso, lästern. Ex hoc descendunt: *panaszkodni, panaszolkodni*, *panaszolni*, *panaszos*, etc. —

Pánkhó, *pánkó*, pastillus, placenta frixa, pariter ac *Fánk* ex germ. Pfannkuchen formatum est.

Pánt, canthus, factum est ex germ. Band, cum significat Bandeisen.

Pántlika, Bändlein, etiam quidam Slavi dicunt *pantlika*, Bohemi *pentli*; sed pariter ac Magyari suum *Pántlika* fecerunt ex Bändlein; Slavi in Moravia, Hungaria, Polonia, Russia, etc. habent pura slavica nomina taeniae, e. g. *přepaska*, *stuha*, *stužka*, *tkanice*, etc. Hinc *pántlikás*, *pántlikázni*, etc.

Pantófely, *pantófli*, est germ. Pantoffel, crepida, sandalium.

Pántolódni, zanken, hadern, factum est ex germ. Bande, vel ex Bandit, significatque id facere, quod grex malorum hominum facere solet, litigare, rixari.

Pántzél, lorica, factum est ex germ. Panzer, sicuti etiam *Pántzéloshal*, Panzerfisch, et *Pántzélosállat*, Panzerthier.

Pántvas, est idem ac *Pánt*, Band, compositum cum *vas*, i. e. Eisen.

Pap, Sacerdos, aut ex lat. *Pápa*, aut ex *Popa*, germ. Pfaff, derivandum est, aut ex slav. *Pop*, ita enim nationes slavicae, Russi, Bulgari, Bosni, Serbii, etc. suos appellant Sacerdotes, quod sine dubio ex gentilismo, etiam qua Christiani, retinuerunt, et nostri Magyari ab iis didicerunt, mutato *o* in *a*, *Pap*.

Pápa, summus Pontifex, etiam slavicae gentes dicunt *Pápa*, Bohemi *Papež*, Germani Papst.

Papagáj, psittacus, est germ. Papagey.

Pápa-

Pápa-keselyü, est vultur *papa*.
Pápaszem, Brille, ex *Pápa* et *szem* oculus compositum.
Paperszényfü, thlaspi bursa pastoris, compositum est ex *Pap*, Sacerdos, Pastor, et *erszény*, bursa, marsupium, et *fü*, herba, gramen: ex quo videri potest esse vocabulum et hybridum et decompositum.
Papház, Pfarrhaus, compositum est ex *Pap*, et germ. Haus, Pfaffenhaus.
Papiros, das Papier, est *papyrus*, v. *Árkos papiros*.
Papirósmalom, Papiermühle, ex *papiros* et *malom*, vide *Malom*.
Papirospénz, das Papiergeld, *papjrowé penjze*, vide *Pénz*.
Papirostsinálló, Papiermacher, ex *papiros*, et slav. *činjm*, facio.
Pápista, est *Papista*, i. e. Pontificius, ita vocantur a quibusdam Romano-Catholici, quod *Papam* seu Pontificem Romanum pro summo Ecclesiae Capite agnoscant; sed in Germania nomen *Papistarum* illicitum est.
Paplan, tegumentum, etiam Slavi habent *paplan* et *paplon;* sed unde derivetur, non liquet, nisi forte ex praep. slav. *pa* et adiectivo *planý*, i. e. *planus*, egyenes.
Papolni, predigen, a *Pap*, — id facere, quod facit *Pap*, quod vide.
Paponya, aliis *páponya*, solanum, vesicaria, aliis helleborus, Slavi habent *pupenec*, vulgo *pupenyetz*, collective *pupenjá*, ex quo *Paponya*.
Paprád, aliis *páprágy*, filix, formatum est ex slavico *paprad'*, *papradj*, bohem. *kapradj*, polon *paprocs*, loco *paproty*, russ. *paprotnjk*.

Paprika, Pfefferoni, etiam Slavi dicunt *papřika* et *pepřika*, a *pepř*, Pfeffer, piper; sed omnia ista descendunt a graeco πέπερι

Pap-sajta, vel *Papsajt Málva*, Pfaffenkäs, compositum est ex *Pap*, quod vide, et *sajt; Málva* autem est ipsum lat. *Malva*.

Paputs, sandalium, Turcae et Slavi etiam habent *Paputse;* (Gramm. Debr. p. 335.) sed quia compositio istius vocabuli slavicum etymon redolet, ex *pa* vel *po* et *pút*, *púty*, apud nonnullos *púts*, significatque sandalia, quae post iter, *popútyi*, seu finito itinere, exutisque aliis calceamentis, induuntur, fieri potest, et Magyaros et Turcas, a gentibus Slavicis illud accepisse.

Pár est europaeum, lat. *par*, germ. Paar, slav. *pár*.

Pára, vapor, est genuinum slav. in omnibus dialectis *para* vel *pára*.

Parádé et *parádérozni*, est Parade et paradiren.

Paraditsmadár, Paradiesvogel, utrumque ex *Paradisea*, Linn.

Paraditsom, Paradies; est *Paradisus*, slav. *ráj*. Sic etiam alia composita ex *Paradiso*, e. g. *Paraditsomalma*, *Paraditsomfa*. etc.

Párallani, *párázni*, ex slav. *pára*, *pářiti* se, vaporare, dampfen, etc.

Parants, *parantsolás*, *parantsolat*, mandatum, praeceptum, ex slav. *poruč*, *poručenj*, et *parantsolni*, *poručiti*, *poraučeti*: et quia *porau-četi*, iubere, mandare, bohemico modo pronunciatur *poroutseti*, polonico autem *porontsacz*, inde, mutatis vocalibus *o* in *a*, nostri Magyari formarunt *Parants*, cet.

Paraplé, *parupli*, Regenschirm., est gallicum *Parapluy*.

Pa-

Parászt, rusticus, formatum est non ex hebr. *Perazi*, uti vult Otrokotsi Orig. Hung. P. I. p. 296. neque ex persico *Parastár*, mancipium, uti Sp. D. P. Nagy de Beregszász arbitratur in Dissert. Philol. p. 133. sed ex slav. *prost*, *prostý*, quod olim Magyari exprimebant *poroszt*, nunc *parászt:* significat autem *prost*, *prostý*, *sprostý*, apud gentes slavicas 1) simplex, 2) plebeius, 3) exilis, vilis; et inde subst. *prosták*, *sprosták*, 1) homo de plebe, plebeius, 2) idiota, imperitus.

Parázna, adulter, moechus, est quidem slavicae originis, sed non a *prasna*, scropha, uti in Gram. Deb. p. 349 asseritur, verum a *przna*, illyr. *prazna*, et inde *paráználkodás*, *paráznaság*, *przněnj*, illyr. *praznenjá*, foeda pollutio, adulterium, stuprum: verbum enim *przniti*, illyr. *praznovati*, significat foedare, polluere, cet. et in specie de viris, stuprum facere, adulterare aliquam, et de foeminis stuprari, stuprum pati, id quod magyarice *paráználkodni*, ehebrechen, huren.

Parázs, *parás*, pruna, glühende Kohle (non favilla, *Pernye*, quod vide), formatum est ex slav. *praž: pražjm* enim torreo, röste, *parázsolom*, super prunam fieri solet.

Pardon, der Pardon, est gallicum *Pardon.*

Párdutz, est *pardus*, et

Pargamén, *pergamena* charta.

Pariálni, copiren, ex latino *pariare*, i. e. paria facere.

Paripa, das Reitpferd, ex graeco-lat. *parippus*, inde *paripázni*, reiten.

Párismadár, Meise, est *parus* avis, nempe ex *parus* factum est *páris*, et additum *madár*, avis.

Parittya, funda, Schleuder, est slavicae originis a verbo *práti*, inter alia, ferire, percutere, ver-

 berare

berare, unde Bohemi habent *prak*, funda, quasi instrumentum serviens feriendo seu percutiendo, quod alii aliter exprimunt, e. g. Poloni *proca*, loco *protya*, Illyrii *pratya*, ex quo formata sunt magy. *Parittya*, *parittyázni*; sed Russi *praschtya*, a verbo *praskati*, *praštiti*, ferire, percutere, unde etiam *praskač*, verber, flagellum.

Párkány, subgrundia, perimeter, est slavicum *parkan*, quod decsendit a slav. *parkno*, boh. *prkno*, assis; Bohemi dicunt ex assibus z *prken*, alii z *parkan*, inde magyaricum *Párkány*.

Parlag, ager desolatus, solum derelictum, formatum est ex slavico *prelog*, *prielog*, boh. *přjloh* et *přjloha*, a verbo *ležjm*, liege, et cum praep. *pře*, *přeležjm*, *elparlagülni*, russice *parlog*, unde magyaricum *Parlag*, et *parlagirózsa*, rosa pumilla, Ackerrose.

Párlani, *kipárlani*, 1) bähen, dünsten, est slav. *pařiti*, et 2) ausfaulen, *wypařiti* se, inde *párlás*, *pařenj*, fotus, das Bähen, et *Párlófü*, agrimonia.

Párlúg, lixivium, Lauge, compositum est ex slav. *pařiti* et *lúg*, vide *Lúg*.

Parmazán sajt, Parmasankäs, caseus parmensis.

Párna, pulvinar, culcita plumea, formatum est ex slav. *perina*, boh. *peřina*, polon. *pierzina*, russ. *perina*, quod derivatur a *peřj*, plumae. Magyari ex *peri* fecrunt *par*, finalem autem terminationem *na* retinuerunt, sic exstitit *Párna*, a quo *párnátska*, *peřinečka*, et

Párnazsák, compositum ex slav. *perina*, et germ. Sack, Bettsack.

Paróka, capillamentum, germ. Perücke.

Parola, die Parole, est genuinum gall. *Parole*.

Páro-

Párologni, dunsten, vaporare, ex slav. *pařiti* se, a *pára*, Dunst, vapor.

Páronként, *páros*, *párosan*, *párosodni*, *párzani*, *párzás*, cet. omnia a *pár*, vide *Pár*.

Part, Ufer, Küste, factum est ex germ. Port, vel ex lat. *portus*.

Párt, Part, Partey, ex lat. *pars*, *partes*, inde *pártfogás*, *pártolás*, *pártolni*, *partes* alterius sequi, *pártos*, parteyisch, alterius *partis* studiosus, *pártoskodni*, *pártosság*, Parteylichkeit, studium alterius *partis*, *pártotütni*, *pártütés*, cet.

Párta, anadema, ex lat. *parta*, scil. corolla, aut ex germ. Borten.

Pártamag, Wucherblume, chrysanthemum, Linn. cum autem aliis sit *pyretrum*, puto ex hoc *pyretro* formatum esse *Pártamag*.

Partéka, rectius *portéka*, a lat. *portare*, significat proprie eiusmodi merces, quas institores ostiatim circumferunt, seu *portant*.

Partifetske, hirundo riparia, Uferschwalbe, compositum est ex lat. *portus*, et magyarico *fetske*, hirundo.

Pásit, *pázsit*, campus graminosus, est purum slavicum *pažit*, compositum ex praep. *pa* vel *po* et verbo *žit* vivere; sed compositum *požiti* vel *požiwati*, iam aliud significat, nempe nutrimento frui et edere, vesci, quod competit vocabulo *pažit*, quia in *pažit* pecus et alites vescuntur et alimento fruuntur.

Paskolni, *megpaskolni*, affligere, verberare, est slavicum *školiti*, *poškoliti*, *wyškoliti*, sed id significat tantum verbis aliquem affligere, objurgare, reprehendere.

Paskvi-

Paskvilus, libellus famosus, germ. Pasquill, a statua *Pasquino*, quae Romae est, et ad quam noctu varia arguta scripta appendebantur, quare postea omnia eiusmodi scripta *Pasquinadae* et *Pasquilli* appellata sunt.

Pást, aut contractum est ex *Pásit*, quod vide, aut est ipsum verbum slavicum *pást*, pascere.

Pástétom, est die Pastete.

Paszamánt, *paszománt*, autem est Posament.

Paszita, der Taufschmaus, est slavicum *pasyta*, vel *posyta*, compositum ex praep. *pa* vel *po*, et verbo *sytjm*, saturo, adiect. *sytý*, satur.

Paszkontza, ex quo aliqui fecerunt *Patkontza*, scilicet *kender*, canabis mas, est slavicum *paskonnica*, vel *poskonnica*, aut *poskonná konopě*; ex *paskonnica*, vel *poskonnica*, ita factum est *Paszkontza*, uti ex *konica Kantza*, aut ex *piwnice Pintze*, similia.

Pászma, das Gebinde, est slavicum *pásmo*, *pászmo*, in Hungaria, Moravia, Bohemia, Russia, Croatia, Polonia, cet. usitatum.

Paszszus, est *passus*, Paß.

Paszternák, *pasztirnák*, *peszternátz*, Pasternack, slav. *paŝtrnák*, ex lat. *pastinaca* formatum est.

Pásztor, est ipsum *Pastor*, et

Pásztortáska, Hirtentasche, thlaspi bursa pastoris, compositum est ex lat. *pastor*, et germ. Tasche.

Patak, rivus, profluens, Bach, est genuinum slavicum *potok*, compositum ex praep. *po* et verbo *teku*, fluo, inde *tok*, fluxus, et *potok*, profluxus, profluens, rivus; unde etiam Civitatem *Sáros-Patak*, proprie *blatný potok*, tantum *Potok* nominant Slavi.

Patéts, *petéts*, *petechiae*, Petetschen, slav. *patéče*,

Pa-

Patika, Apotheke, pharmacopolium, factum est ex *Apotheca*; sic etiam

Patikáros, *Pátikárius*, pharmacopola, factum est ex *Apothecarius*, Apotheker.

Paling, lorum adstrictorium, factum est ex slav. *potieg*, *potah*, russ. *potieg*, boh. *potěh*, polon. *pociang*, loco *potiang*, ex quo mutata syllaba *po* in *pa*, et *tiang* in *ting*, factum est *Pating*.

Patkány, mus rattus, Linn. die Ratte, Ratze, factum est ex slav. *potkan*, quod descendit a verbo *potkám*, inter alia occurro inopinate.

Patkó, solea ferrea, Hufeisen, est ex slavico in omnibus dialectis usitato, *podkow*, *podkowa*, formatum, et *patkolni* ex *podkowati*, subferrare, appingere soleas, et *patkoló kováts*, ex *podkowač*, *podkowář*, faber solearius. Omnia haec descendunt a verbo *kowati*, cudere, inde *podkowati*, etc. vide *Kováts*.

Patok, talitrum, Nasenstüber, factum est ex slav. *potk*, *potka*, *potek*, quod compositum est ex praep. *pa* vel *po*, et verbo *tknu*, tango attingo, quatenus talitro nasus tangitur vel attingitur.

Patyolat, der Schleyer, Slavi etiam dicunt *patělat* et *paťolat*, vide *Fátyol*.

Putvar, calumnia, cavillum, Schmach, Spott, factum est ex slav. *potwař*, quod idem est ac *Patvar*, ex verbo *potwárám*, calumnior, cavillor, quo etiam Russi atque Poloni in eodem utuntur significatu; Bohemi quidem eandem habent vocem, sed in alio significatu, e. g. *potwora*, Ungeheuer, *potwořjm*, verunstalten, deformo, dehonesto, et *potworný*, verunstaltet, deformis, deformatus, cet. Illyrii, Slavi Pannonii, alii *potváráti*, insimulare, beschuldigen.

Pátz

Pátz, formatum est ex germ. die Beiß, *pátzolni*, beißen.
Pauza et *pauzálni*, est *pausa* et *pausare*.
Páva, Pfau, *pavo*, Slavi habent *páw*, *páwa*.
Pávián, est der Pavian, *Papio*.
Pazalás et *pazalni*, rectius *pazárlás*, vel *pazérlás* et *pazárlani* vel *pazérlani*, helluatio et helluor, prodigo, verschwenden, prassen, formata sunt ex slav. *požeru*, devoro, perheluor, et hinc prodigo, inde *pažrawec*, *pazárló*, *pažrawost*, *pazárlás*, cet. omnia a *žeru*, voro.
Pazdorja, *pozdorja*, Flocken, Ohnen, est slav. *pazdeřj*, illyr. *pazdire*, polon. *pazdzerzie*, plerique Slavi in Hungaria modo russico dicunt *pazdorjá*, quod compositum est ex praep. *pa* vel *po* et verbo *deru*, glubo, cute privo, inde *zderu*, et frequent. *zdjrám*, *pozdjrám*, deglubo, et inde *pazder*, masc. *pazdero*, neutr. et collect. *pazdeřj*, id, quod deglubitur aut cute privatum est, uti sunt flocci vel culmi lini aut cannabis confracti, seu fistucae cannabinae confractae, quas Slavi nominant, ut supra, vulgo et russ. *pazdorjá*, et dimin. *pazdeřjčko*, vulgo *pazdorjátsko*, Magyari *pazdorjátska* vel *pozdorjátska*.
Pazér, Prasser, *pazérlás*, Verschwendung, ex slav. *požeru*, vide *Pazalás*.
Pázsi, der Page, est gallicum *Page*.
Pázsit, der Rasen, est purum slavicum *pažit*, vide *Pásit*.
Pégazhal, das Meerpferd, est formatum ex graeco-latino *pegasus*.
Pejso, lacus in Hungaria, antiquissimi Historici latini scribunt *Pelso*, *Pleso*, quod slavicum vocabulum est, denotans lacum. Sicuti *Balaton*, *Blaton* aeque slavicum.

Pék

Pék, pistor, ex germ. Bäcker, vel potius ex slavico *pekář*, a verbo *peku*, backe.

Példa, exemplum, typus, Beyspiel, formatum est ex germ. Bild, vulgo Pild, imo etiam olim *Piladi*, *Pilid*, *Pild*.

Példabeszéd, compositum est ex *Példa* et *Beszéd*, quod vide.

Példálozni, *példázni*, etc. etiam a *példa* derivantur.

Pele, *pelye*, rectius *peleh*, glis, factum est ex slav. *plch*, boh. *pelch*, croatice *polh*, illyr. *puh*, *pouh*, loco *polh*, Bilch, Bilchmaus, de quo Adelung scribit: „Der Nahme dieses Thieres (Bilchmaus), „stammet vermuthlich aus dem Slavonischen *Biel*, „weiß, her, weil es ein weißliches Fell hat, — oder „von Berg, i. e. Nomen istius animalis (Bilch„maus) ortum est, ut mea fert opinio, ex sla„vonico *Biel* (rectius bjlý), albus, quia subal„bam habet pellem, aut ex Berg, cet." — Sed, mea quidem opinione, non est necessum, nomen istud sive a *bjlý*, sive a Berg derivare, cum *plch* genuinum sit slavicum, ex quo aliqui fecerunt *pelich*, alii *plich*, alii *polch*, Germani Bilch, vulgo Pilch, Magyari *peleh*, quod habet Páriz Pápai et quidam alii; sed recentiores, omisso *h*, scribunt *pele* et *pelye*; nescientes autem, qualis sit mus, quia hoc omnino difficile est, ponunt mox Ratze, Hausratze, mus rattus, mox Spitzmaus; sorex, cum tamen sit Bilch, Bilchmaus, quod Germani, praecipue in antiquioribus dialectis, varia ratione exprimunt, Bilich, Bille, Bilge, uti Magyari *Peleh*, *Pele*, *Pelye*, lat. glis.

Pe-

Pelehal, cyprinus aphia, etiam ex isto *Pele* et *hal* compositum est.

Peléh, lamina, formatum est ex germ. Blech, vulgo et olim Plech, slav. etiam dicitur *plech*, illyr. *pleh*.

Pelengér, cippus, factum est ex germ. Pranger.

Pelenka, die Windel, est genuinum slavicum *plénka*, boh. *pljnka*, dimin. a *pléna*, boh. *pljna*, russ. *pelena*, dimin. *pelenka*.

Pelikán, Pelikan, est *pelicanus*.

Pelyva, *polyva*, palea, factum est ex slavico in omnibus dialectis usitato *plewa*, vel *plyva*. Spreu.

Pemet, *pemete*, Páriz Pápai habet rutabulum; sed hoc, eodem auctore, est *azsag*, i. e. slav. *ožag*, *ožeg*, *ožeh*, Ofenstange; Cl. Márton rectius habet Ofenkehrwisch, tantum non debuisset addere, von weißen Andorn, cum eiusmodi scopae ex stramine et aliis etiam esse soleant herbis, non solum ex marrubio, quod magyarice idcirco dicitur *Pemetfü*, quia ex hac herba maxima ex parte Magyari faciunt scopas fornacales; *Pemet* vero et *Pemete*, nihil aliud est, quam *pomet*, *pometlo*, quod apud omnes gentes slavicas, uti et *metla*, scopas designat, descenditque a verbo *metu*, verro, et inde *pometu*, ex quo *pomet*, *pometlo*, et ex isto formatum est magy. *Pemet*, *pemete*. *Pemetfü* vero non est lapathum, (keserü lapu), eo minus rumex (lósóska), uti voluit Páriz Pápai; sed est aliqua herba, ex qua scopae parari solent, slav. *metlice*, *metljnj*, *pometlj*, *pometljnj*, Besenkraut, aut, uti recte posuit Cl. Márton, der weiße Andorn, marrubium album seu vulgare, quia etiam ex marrubio fiunt scopae.

Pendely, Hemdstock, Unterhemd, formatum est aut ex pendula, scilicet pars indusii inferior, aut vero

ex slavico *podol*, *podolek*, idem significante, quod tamen multi Slavorum exprimunt etiam *pendel.*

Penete, depravatum est ex *Pemete*, quod vide.

Penész, Schimmel, mucor, Fausto Verantio asserente, formatum est ex dalmatico-illyrico *pliszan*, boh. *pljseň*, slav. *pleseň*, russ. *plieseň*, polon. *plesň*, et *penészes*, *penészles*, ex *pliszniv*, slav. et boh. *plesniwý*, mucidus, et *penészesedni*, *penészedni*, *plesniwěti.*

Penitentzia et *Penna* cum omnibus derivatis, sunt latina.

Péntek, Freytag, ipsis eruditis Magyaris asserentibus, *Szereda*, *Tsötörtök* et *Péntek*, sunt slavica, vide *Ioh. Tsétsi Observ. orthographico-gramm.* p. 12. et Gramm. Debr. p. 319. *Péntek* est ex slav. *pátek*, quod pro variis dialectis vario modo pronunciatur, boh. *pátek*, illyr. *petak*, russ. *piatnicza*, et *pjátok*, apud Slavos Pannonios, *pátek*, *pjátek* et *pjátok*, polon. *piontek* et *pientek*, cum quo maxime convenit *Péntek.*

Pénz, Geld, pecunia, non est ex lat. *pensa*, uti in Gramm. Debr. p. 340. asseritur; sed ex slav. *penjz*, quod Slavi Pannonii *peňáz*, Bohemi et Moravi *penjz*, Illyrii *pinez* et *pienez*, Poloni *pieniondz*, alii aliter exprimunt. Probabile autem est, Magyaros non a Latinis, verum a Slavis accepisse *pénz*, quia prius cum Slavis conversati sunt, variaque ab ipsis emerunt, etiam in auctione publica, quam ex saepe repetita quaestione: *kdo dá wjce?* illyr. *kto* vel *tko da vettye?* appellarunt *Kötyavetye*, quod vide.

Penzel et *penzli*, Pinsel, penicillus.

Per, lis, sine dubio ex slav. *pře*, idem significante, formatum est.

Pe-

Perém, *prém*, fimbria, das Gebräme, slav. *prém*, boh. *prým*, est vox antiquissima, origine germanica, teste Adelungio, ex particula Be, et nomine Rahm (Berahm, Brahm), composita; sed, quia Magyari non dicunt, uti Germani, Brahm, neque uti Angli *brim*, verum *perém*, *prém*, hinc hariolari licet, eos non a Germanis, sed proxime a Slavis accepisse suum *Prém*, uti dimin. *perémetske*, *prémetske*, ex *prémeček*, *prémezni*, *premowati*, *prémzett*, *prémezett*, *prymowaný*, gebrammt, etc. —

Pereputy, aliis *perepúty*, Gesindel, Geschlecht (verächtlich), ita etiam Slavi nominant progeniem per contemtum vel despectum, e. g. tu es malus homo cum integra tua progenie, ty gsy mrcha člowěk, s celau twau *pereputau!* — *Pereputya* autem derivatur a *púty*, via, inde *perepútny*, devius, et *Perepúty*, devia progenies, etc. —

Perés, *prés*, prelum, Presse, slav. *pres* et *preš*, sicuti etiam *peréselni*, *préselni*, pressen, *presowati*, *prešowati*.

Pereszlén, verticillus, Wirtel, est genuinum slavicum *přeslen*, a *předu*, ich spinne, et *pereszlénetske*, *přesléneček*, *přesljneček*.

Peretz, est ex germ. Bretzel, Pretzel, formatum.

Pergamén, das Pergament, est *pergamena* charta.

Pernahajder, homo nauci, est vox germ. Bärenhäuter, cuius originem vide Hung. in Parab. p. 90. et 91.

Pernye, favilla, est slav. *pernya*, *pyrenjá*, boh. *pýřenj*, morav. *pýřenic*, polon. *perzna*, a verbo *peyřjm* vel *pýřjm* se, candeo.

Perpatvar, iurgium, rixa, Hader, Zank, compositum est ex *Per*, slav. *pře*, et *Patvar*, slav. *potwar*, v. *Patvar*.

Per

Perselem, *perzselem*, ich senge, brenne, ustulo, est slav. *pražjm*, boh. *pražjm*, russ. *perežigám*, polon. *paržem*, idem.

Persely, *pessely*, Büchse, pyxis, ex germ. dimin. vulgari Büchsel, quod vulgo pronunciatur Püchsel, formatum est *Persely* et *Pessely*.

Perspektiva, das Fernglas, Perspektiv, ex lat. vitrum *perspectivum*.

Pertz, eine Sekunde? — imo vero tam breve temporis spatium, quantum ad crepitum ventris emittendum requiritur, quod patet ex sequentibus: *Pertzegés*, ein dumpfes Geräusch, *Pertzegni*, ein dumpfes Geräusch machen, et *Pertzenni*, cet. Unde autem haec trahant originem, monstrat *Hungaria in Parabolis*, p. 128. „*O! dla Boga, y pjerczi* (*pierdzi*) *y bije!*" — nempe a polonico verbo *pierdzim*, pedo, crepitum ventris emitto, qui vocatur boh. *prd*, russ. *perd*, et polon. *pierdz*, ex quo *Pertz*.

Perváta, der Abtritt, cloaca, a loco *privato*, heimlich Gemach.

Pésma, descendit a Bisam, moschus, aut a slav. *pjžmo*, idem significante.

Pest, Civitas Pestinum, die Stadt Pesth, originem ducit ex antiquo slavico *pešči*, h. e. *peci*, nunc *pecti*, urere, pinsere; inde *pec*, *pešč* (lege peschtsch), quod furnum, fornacem denotat. — Historia enim teste, hic loci in utraque rippa Danubii officinae laterariae, Ziegelofen, Ziegelhütte, slav. *pece*, *pešče* erant, tandem post biffariationem, unius Civitatis in duas, in utraque rippa existentis, uni adhaesit nomen germ. Ofen, quod in slavica lingua fornacem (*pec*, *pešč*) de-

denotat; alteri antiquum originale slavicum *Peśt* usque ad tempora nostra permansit.

Pestis, die Pest, est lat. *pestis*, slav. *mor*, a *mru*, morior.

Peszértz, Wolfsfuß, Lycopus, sine dubio ą slav. *pes*, canis, unde *psářec* et *pesřec*, ex quo *Peszértz*.

Peszértze et *pesztertze*, der Andorn, marrubium, ex slav. *pestřec*, *pesteřec*.

Pesztonka, das Kindsmädel, est genuinum slavicum a *pêstugi*, ich pflege das Kind, inde *pěstaun*, Pfleger, Erzieher, masc. et *pěstaunka*, vulgo in Hungaria *pesztonka*, et *pesztunka*, in Polonia *piasztunka*. —

Peták, ein Siebenkreuzerstück? — *Peták* derivatur a *pět*, quinque, et significat Fünfer, Fünfkreuzerstück; sed Siebenkrenzerstück vocatur *Sedmák*, *Sedmjk*, a *sedm*, sieben. Hac tamen genuina derivatione non obstante, certum est, quosdam Slavos in Hungaria, nummum septem crucigerorum nominare *Peták*, a quibus hocce nomen nostri Magyari didicerunt; reliqui Slavi, tum in Hungaria, tum in aliis regionibus, accurate nominant *Sedmák*, *Sedmjk*, Siebner, et *Pěták*, *Pětnjk*, Fünfer.

Petárda, die Petarde, der Doppelhacke, Geschütz, factum est ex *Impetarda*.

Petéts, die Petetschen, slav. *petéče*, lat. *petechiae*.

Petrentze, p. o. *széna*, Heuhäufel, est slavicum *petrenec sena*, et quia Magyari pleraque vocabula in oeconomia a Slavis acceperunt, e. g. *Asztag*, *Borona*, *Eszteke*, *Kalász*, *Kapa kapálni*, *Kasza kaszálni*, *Kazal*, *Szalma*, *Széna*, *Villa*, etc. quidni etiam *Petrentze?* —

Pe-

Petreselyem, die Petersilie, apium *petroselinum*, convenit quidem cum germ. et latino, maxime tamen cum slavico *petržel*, *petrželj*, in Hungaria *petrželé*, alibi autem *petružka*, polon. *piotružka*, russ. *petružka*.

Péts, Fünfkirchen, Quinque Ecclesiae, ex slavico *Pĕt Kostelů*, quod aliqui exprimunt *piety*, alii *piets*, inde magyar. *Péts*.

Petsenye, der Braten, assa caro, assum (vulgo assatura), est purum slavicum *pečené*, a verbo *peču* vel *peku*, asso, ich brate, unde partic. constr. *pečený*, *á*, *é*, et subst. *pečené*, i. e. *petsenye*. — Plerique Slavi in Hungaria dicunt *pečeňa*, Illyrii, Russi etiam *petsenja*, Poloni *piecienja*, sed Bohemi *pečené*, quod est iam magy. *Petsenye*. — Inde dimin. *pečénka*, *pečénečka*, i. e. *petsénke*, *petsénetske*.

Petsét, sigillum, Petschaft, est slav. *pečet*, boh. *pečet*, polon. *pieczec*, russ. et illyr *petsaty*; inde *petsételés*, *pečetênj*, *petsételni*, *pečetiti*, *petsétes*, *pečetnj*, etc.

Petzér, Páriz Pápai habet, venaticus agitator canum, ein Hundbesorger, Márton vero Hundschläger; quidquid sit, sine dubio rectius scriberetur *Peszér*, quia descendit a slav. *pes*, canis, et sic esset *psár*, *psjár*, *psýr*, russ. *pszár*, polon. *psziár*. —

Piartz et *piatz*, spatium, forum, ex germ. Platz, aut ex slav. *plac*.

Pikszis, die Dose, nihil est aliud, quam *Pyxis*. —

Pilis, der Schnitt, rasura, character, factum est ex slav. *pleš*, russ. *pless*, et *plessina*, illyr. *plijs*, quod simile est magy. *Pilis*.

Pilula, die Pille, est latinum *Pilula*.

Pin-

Pinkest, *Pünköst*, die Pfingsten, utrumque et magy. et germ. formatum est ex graeco *Pentecoste.*

Pint, das Maß, vier Seidel, Germani etiam dicunt Pint, Slavi *pinta.*

Pintér, vietor, factum est ex germ. Binder.

Pinty, *Pintyöke*, fringilla, convenit quidem cum germ. Fink, sed sine dubio formatum est ex slav. *pinkawa*, *pinkawka*, boh. *pěnkawa*, *pênkawka*, quod quidam Slavorum exprimunt *pinťowka*, i. e. *Pintyöke.*

Pintze, der Keller, cellarium, contractum est ex slav. *piwnice*, quod descendit a *piwo* vel *pjwo*, cerevisia. Proprie quidem significat cellam cerevisiariam, Bierkeller; sed apud plerasque gentes slavicas qualemcunque cellam denotat, e. g. etiam vinariam, uti apud nostros Magyaros *Pintze.* —

Pintzetok, theca lagenarum vinariarum, Flaschenkeller, compositum est ex slav. *piwnice*, *Pintze*, et *teku*, *tok*, quod vide sub *Patak.* Hinc promanat etiam latinum Pincerna, Pincernarum Regalium Magister, Pohárnok, Mundschenk. —

Pióka vel *piótza*, recte ita, sicut *Pintze* ex *piwnice*, contractum est ex slav. *piawka*, et *piawicza*, vel *pijavka* et *pijavitza*, boh. *pigawice*, polon. *pijavka*, illyr. et russ. *pijavicza*, Blutigel, hirudo, sanguisuga, quod sanguinem sugat seu bibat, a verbo *pigi* vel *pigem.* bibo.

Pip, der Pips, coryza avium, e. g. gallinarum, ortum habet sive ex germ. Pfips, Pips, sive ex slav. *pjpec* vel *pjpeť*, idem.

Pipa, die Tobackspfeife, convenit quidem cum europaeis Pfeife, Pipe, fistula; sed maxime cum lat. *pipa*, et slav. *pjpa*, dim. *pjpka*, *pjpečka*, i. e. *pipátska*: *pipázni* vero ita descendit a *pipa*, uti

uti *kaszálni* a *kasza*, *motólálni* a *motóla*, cet. vocibus origine slavicis.

Pipa-Béka, est die Pippe, *rana pipa.*

Pipats, papaver rhoeas, apud gentes slavicas varias habet denominationes, e. g. slepý mák, wlčj mák, kuroslep, cet. sed apud plerosque Slavos dicitur etiam, uti apud Magyaros *Pipats.*

Pipe, pullus anserinus, vel gallinaceus, istud etiam ab europaeis linguis originem trahit, quae in vocibus *pipio* et *pipo* conveniunt, pfippen, pippen, pjskati, pištěti, et inde *pipio*, ein pipender Vogel, slav. *pjpě*, pjpátko, piskle, pišťátko. Inde videtur esse etiam

Pipis, *pipiske*, die Pipplerche, alauda trivialis, slav. etiam *pipjš*, *pipjška.*

Pipere, condimentum, Gewürz, sine dubio factum est ex lat. *piper*, ex quo etiam *Piperés*, *piperézni*, cet. formata esse puto.

Píritás, das Rösten, *píritni*, rösten, torrere, slav. *pýřiti*, cuius primitivum est πυϱ, ignis, ex quo latin. buro, uro, german. Feuer, et slav. *pýř*, *pýřenj*, *pýřjm*, *pýřjm* se vel *peyřjm* se. Ex hisce slavicis vocabulis non dubito formata esse, praeter *Píritás*, etiam sequentia magyarica vocabula: *pirók*, i. e. *pirosos*, *pirongatás*, *pirongatni*, schamroth machen, facere, ut quis erubescat, slav. aby se *pýřil*, *zapýřil;* sic etiam *pironkodom*, *pironság*, *piros*, *piroska*, *pirosodni*, *pirosság*, *pirúlás*, *pirúlni*, etc.

Piselle et *pislen*, pullus gallinaceus, etiam ex slav. facta sunt, nempe ex *pjště*, *piskle*, *pisklen*, a verbo *pištjm*, pipio.

Piskólt, *piskóta*, ex *bis coctum*, uti et german. Bisskot, Bisquite.

Pisköltz, antimonium, certe formatum est ex Spiesglas.

Pispek, rectius *Püspök*, formatum est ex germ. Bischof, aut ex slav. *biskup;* ista autem ex graeco *Episcopos.*

Pistoly vel *pisztoly*, telum manuale ignivomum, convenit cum germ. Pistole, sed magis cum slavico *pištol* (l. *pistoly*).

Pisze, t. i. orrú, mit einer kleinen stumpfen Nase, wie ein Saurüssel, quia Saurüssel, rostrum suillum, slavice vocatur swinský *pysk*, ex isto *pysk* formatum est *Pisze.*

Piszegni, non *sirni*, neque schluchzen, sed bisten, i. e. bst, bst, dicere seu sibilare, slav. *pst* dicere, seu *pskáti*, *pstkáti.* —

Piszkafa, *piszkáló*, est slav. *pyskáč* et *pyskál*, a verbo *pýskam* se, wühlen, stören, *piszkálni. Pýskám* se autem descendit a *pysk*, quod significat: 1) labium, Lippe, 2) rostrum, Schnabel, et 3) rostrum suillum, Saurüssel. Istud vero *pýskám* se, rostro fodico, non solum de sue dicitur, verum etiam de hominibus, aliquid similis facientibus, sive manu, sive baculo, e. g. in luto, stercore, et similibus. Ab isto *pýskám* se est non solum *piszkálom*, sed etiam *piszkolni*, eiusmodi actione inquinare, *pýskati*, *zapýskati*, et *piszkos*, *pýskaný*, *upýskaný*, *zapýskaný*, imo et

Piszok, macula, sordes, Schmutz, Unreinigkeit, quales sus rostro suo facere solet, et similes.

Pisztrang, Forelle, salmo Foria, Linn. ex slav. *psztrug*, boh. *pstruh*, russ. *pesztrug* et *pesztrusska*, polon. *psztrong*, ex quo, interiecto *i* post *P*, et mutato in altera syllaba *o* in *a*, exstitit magyaricum *Pisztrang.*

Pit-

Pitvar, atrium, vestibulum, formatum est ex vocabulo *pitwor*, apud plerosque Slavos usitato, quod depravatum est ex *přjtwor*, russ. etiam *pritwor*, idem significante. Alii derivant a *přjdwor*, *přidwořj*, Vorhaus, Vorhof, atrium, vestibulum. Istud compositum est ex praep. *při* et nom. *dwor*, boh. *dwůr*, aula; illud autem ex *při* et verbo *twořjm*, inde *přitwořjm*, boh. *přiwru*, claudo, occludo. —

Pizsitnek, Haubenlerche, alauda cristata, etiam slavicam prodit originem, sine dubio a *pažit*, campus graminosus, inde *pažitnjk*, avis campos graminosos amans: saepius enim Magyari slavicam terminationem *njk* mutant in *nek* vel *nok*, uti ex *swjtnjk* fecerunt *szövétnek*, ex *lednjk*, *lednek*, ex *dwornjk*, *Udvarnok*, ex *Kanownjk*, *Kanónok*, et similia. Sic ex *pažitnjk*, *pazsitnok* vel *pizsitnek*. Vel, quia avis ista etiam ad vias inter segetes graminei coloris morari amat, posset dici *přižitnák* vel *přižitnjk*, ex quo facile formari potuit *Pizsitnek*, et esset alauda trivialis, vide *Pipis*, *pipiske*.

Plágálni, infigere *plagam*, etiam Slavi dicunt *plágati*, *flágati*, boh. *flákati*, germ. plagen, omnia a latin. *plaga*.

Plánom, *plánum*, der Plan, Grundriß, est lat. *planum*.

Plajbász, factum est ex germ. Bleyweiß.

Plataitz-hal, pleuronectes, ex Platteisse, aut ex *Platessa*.

Plébános, Pleban, est *Plebanus*.

Pléh, das Blech, slav. *plech*. — *Poéta*, Poet, est *Poëta*.

Pogány, der Heide, ethnicus, *paganus*, etiam gentes slavicae dicunt *pogan*, *poganin*, *pohan*,

et ex hoc Magyari *pogány*, et *pogányság*, *poganstwo*, *pohanstwo*.

Pogátsa, libum, species placentae, Kuchen, et Slavi dicunt *pŏğáč* et *pağáč*, dim. *pağáček*; sed Illyrii, uti Magyari, *Pogátsa*.

Pogonya, nanus, pumilio, Zwerg, uti *Pogátsa*, ita etiam *Pogonya* Slavonismum redolent, quia composita sunt ex praep. *pa* vel *po*, et posterius ex *hana*, contumelia, ignominia, *pogana*, *pohana*, *poganienia*, *pohaněnj*, quod scilicet pumilio sit hominibus contumeliae atque ignominiae.

Pohånka, Buchweizen, Heidekorn, polygonum fagopyrum, Linn. est purum slavicum vocabulum, a *pohan*, ethnicus, paganus, procedens: gentes enim slavicae nominant istud obsonium ab aliis gentibus, a quibus illud ad Slavos adlatum est, ita e. g. in Hungaria, Moravia, Bohemia, cet. *pohánka*, quod a Paganis sit adlatum; in Polonia et magna parte Hungariae *tatárka*, quod a Tataris adlatum esse existimetur; in Russia *gretsa*, *gretsicha*, quod ex Graecia in Russiam devenerit, etc. — Recte ideo fortassis etiam Germani dicunt Heidekorn, Heidel, a Heide, paganus, ex quo fecerunt quidam Slavorum et Magyarorum *Hajdina*.

Pohár, poculum, Becher, etiam Slavi dicunt *pohár*, sive a germ. Becher, sive, quod magis arridet, a verbo slav. *pigi*, bibo, *pogjm*, *napogjm*, potum praebeo, inde *pogár*, vasculum potum praebens, seu vas potorium, ex quo facile exstitit *pohár*, uti poculum a potu. Sic etiam *pohárka*, Becherchen, ex slav. *pohárek*, genit. *pohárka*, et *Pohárnok*, Mundschenk, Pincerna (quod vide

sub

sub *Pintze*), ex *pohárnjk*, et *pohárotska* ex *po-pohárecek*, genit. *pohárečku.*

Pók, aranea, die Spinne, factum est ex slav. *pauk*, vel *pouk*, (monosyll.) boh. *pawauk*, polon. *pajonk*, russ. et illyr. *pauk*, *pouk*, cum quo maxime convenit magyaricum *Pók*.

Pokol, infernus, die Hölle, ex slav. *peklo*, olim *poklo*, quod etiam nunc gentes slavicae varia exprimunt ratione, e. g. Poloni *pieklo*, Illyrii *pakal*, quod convenit cum *Pokol*. Inde descendunt etiam *poklos*, leprosus, *poklosság*, lepra, *pokol var*, *pekelný wřed*, Pestbeule, quasi infernale ulcus, quod dolores quasi inferni in istis morbis hominem circumdent.

Pokrótz, stragulum, die Kotze, factum est ex slav. *pokrowec*, a verbo *krygi*, tego, inde *krow*, tectum, et compos. *přikrygi*, *přjkrow*, *pokrygi*, *pokrow*, dimin. *pokrowec*, *pokrowecek*, tegmen, stragulum, die Decke, Kotze.

Nota. Quod autem ex duabus syllabis *krowec* nostri Magy. fecerint unam *króc*, eiusmodi contractiones etiam in aliis peregrinis, quae sua facere volunt, vocabulis videre possumus, e. g. ex *piwnice*, *pintze*, ex *pijavicza*, *piótza*, ex *Trnowec*, *Tarnótz*, ex *Bukowec*, *Bukótz*, et in multis aliis.

Póla, *pólya*, et *pólika*, fascia, Windel, formatum est ex slav. *povijalo*, boh. *powigadlo*, *powigák*, *powigáček*, illyr. et russ. *povijalo*, a verbo *powigjm*, unde *póldlom*, circumligare, circumvolvere. *Powigjm* quidem significat 1) einwickeln, umwinden, circumligare, circumvolvere; 2) windeln, z. B. ein Kind, fasciis involvere; eo tamen non obstante, Windel est *Pelénka*, i. e. slav. *plénka*, et *Póla*, i. e. *povijalo*, est 1) Fatsche, fásli, fátsli

fátsli; 2) Wiegenband, Windelband; 3) Aderbinde, Aderlaßbinde, u. d. gl. *Pólátska*, *powigáček*, genit. *powigáčka*, hic etiam contractio illa locum habet, de qua sub *Pokrótz* monui: prima enim syllaba *po*, et ultimae duae *áčka*, retentae sunt; sed ex media *wig*, *wij*, factum est *l*, sic exstitit *Polátska*. — Similem contractionem passa est etiam *Póla*.

Pólaj, germ. Poley, slav. *polaj*, *polajka*, boh. *poley*, polon. *poley*, russ. *polei* et *pulei*, ex lat. *pulegium*, vel mentha *pulegium*, Linn. cui simile est *Póléj*, et *Pólé*, Bergpoley, teucrium *polium*.

Polgár, civis, Bürger, vulgo Purger, et quia non solum in Dania et Svecia dicunt Borger, Borgar, verum etiam plebs germ. in Hungaria multis in locis Porgar, Magyari hoc audientes, et civem nominare nescientes, fecerunt *Polgár*, uti ex Wagner, *Bognár*, ex Barbier, *Borbély*, et similia. Ita etiam *Polgármester* et *Polgárság* formata sunt ex Bürgermeister et Bürgerschaft.

Polipus, Polyp, est *polypus*.

Politika, Politik, est *Politica*, et

Politikus, Politiker, *Politicus*.

Póltra, semigrossus, ein halber Groschen, est slavicae originis, ex *pol*, semi, et *troják*, triarius, i. e. nummus 3. xr. hinc *poltroják*, semitriarius; sed ex *troják* fecerunt Poloni *torák*, Slavi in Hungaria *turák*, sic exstitit *polturák*, ex quo Latini fecerunt *Poltura*, Magyari *Póltra*.

Nota. *Poltura* et *Polturák* distinguenda sunt a *Poltalar* vel *Poltolar*, quia istud est semithalerus. —

Póltz, Stelle, Stuffe, podium, foruli, factum est ex slav. *polica*, boh. *police*, a verbo *ljcým*, *ljceti*, stellen, legen, ponere, reponere.

Po-

Pomáda, vel *pomádé*, *Pomugránát* et *Pompa*, cum omnibus derivatis et compositis, per se patent, tanquam Europaea.

Pompos, das Vorschußbrod, est slav. *pampauch*, *pampaušek*, idem significans; cum autem *pampaušek* modo bohemico pronuncietur *pampoušek*, sic facile formatum est *pampos*, omisso in fine *ek*, ex hoc vero postea *Pompos*.

Pondró, die Made, Wurm, vermis, multi Slavi etiam dicunt *pandrák*, *pondrák*, de quadam specie vermium.

Pongrátztseresznye, Krainer Kirschen, cerasum duracinum, compositum est ex *Pongrátz*, Pancratius, et *tseresznye*, quod vide sub *Ts*.

Ponk, i. e. *halom*, Hügel, *halom* factum est ex slav. *chlom*, *chlum*, illyr. *halm*, quod vide sub *H*; *Ponk* autem est genuinum germ. Bank, in illo nempe significatu, quem Adelung primo loco ponit sub Bank: eine Erhöhung des Erdbodens, vulgo multis in locis Ponk, loco Bank.

Pont, der Punkt, *punctum*, etiam Slavi dicunt *punkt*, *punt*, *puntjk*, *puntjček*, genit. *puntjčka*, ex quo Magy. *pontotska*, Pünktlein.

Ponyva, die Plache, Pläche, stragulum, est slav. *poňwa*, russ. *ponyka* et *ponjawa*, indusium latum, provenit a radice *pnu*, *rozepnúti*, inde etiam *zápona*, *opona*.

Pór, rusticus, nihil aliud est, quam germ. Bauer, vulgo Paur, Pour.

Por, der Staub, est slav. *prach*, inprimis cum russico *poroch*, et *porozni*, *prášiti*, russ. *porosity*, stauben, Staub machen.

Pórász, der Strik, funis, restis, rectius *póráz*, quia factum est ex slav. *prowaz*, quod compositum

situm est ex praep. *pro*, et verbo *wázati*, binden, inde apud Slavos in Bohemia, Moravia, magna parte Hungariae, aliisque regionibus dicitur bene *prowaz;* sed quidam Slavi in Hungaria depravarunt illud in *powraz*, Illyrii etiam dicunt *povraz*, Poloni vero *povroz*, et ex *povraz* exstitit magyaricum *Póráz Pórász.*

Porkoláb, sive significet Kerkermeister, sive Burgvogt, formatum est ex Burggraf.

Porond, quid istud sit, non satis liquet. — Cl. Márton habet 1) *homok*, Sand; 2) *porongy*, die Brut; Páriz Pápai arena, der Sand; sed Magyar Kurir Anno 1806. Nro. 12 pag. 194. habet: „A' sebes vad a' *porondot* nyalni kezdette" — et pag. 195. — „az Elefánt a' *porondot* nyalta" — 's a' t. — Hic *porond* non significat arenam vel sabulum, sed sine dubio vulnus, slav. *rána*, *raněnj*, et compositum *poraněnj*, sauciatio, vulneratio; ex *poraněnj* autem, in hocce significatu, potuit oriri *Porond*, aut ex Brand, vulgo Prond, inde *Porond.*

Porongy et *poronty*, quibusdam *porontz*, sine dubio eundem habebunt significatum, uti Cl. Márton, die Brut, die Jungen der Thiere; sed Páriz Pápai, priori tribuit significatum, perdix iunior, posteriori: numerosa proles, puerorum caterva. — Quidquid significent ista vocabula, tamen absque dubio derivari debent ab ipso Brut, aut vero a slav. *rod*, *porod*, quod inter alia progeniem significat. Vitiosa progenies, Hor. gaz porongy, rosz poronty, böse Brut, lasterhaftes Geschlecht, nešlechetný rod, *porod*, ničemný plod, *přjplod.*

Po-

Poroszka, Páriz Pápai habet: tolutarius equus, cet. Zeltner Pferd, ein trabendes Pferd; Cl. Márton tantum: trabend, pro quo Páriz Pápai: *poroszkáló* et *poroszkálni*, tolutim incedere, trabend gehen, traben. Faustus Verantius, Dalmata, asserit: *Poroszka* procedere ex voce illyrica *Pruszacz*, vel *Pruszák*, ut alii axprimunt, et *poroszkálni* ex *pruszìti*, *pruszkati*, i. e. tolutim incedere; sed aliae gentes slavicae aliter nominant et equum et incessum tolutilem, e. g. Bohemi et Poloni *kluszák*, *kluszati*, Russi *riszák*, *riszju*, *jezdity*, cet.

Poroszló, Trabant, Häscher, quia Trabant est quasi trabend, sine dubio *Poroszka* et *Poroszló* ab eodem derivanda sunt vocabulo, nempe *pruszkati* seu *pruszìti*. —

Porozni, stauben, est ex slav. *prášiti*, russ. *porosity*, vide *Por.*

Portéka, die Waare, a lat. *portare*, vide *Partéka.*

Portzellán, das Porcellan, vasa fictilia Sinica, seu *porcellanica.*

Poson, *Posony*, Preßburg, est *Posonium.*

Posta, die Post, et *Postamester*, Postmeister, et reliqua a *Posta* derivata, Europaea esse nemo dubitabit.

Posztó, Tuch, pannus, slavicae est originis ex *postaw:* etsi enim nunc pleraequae gentes slavicae, in Hungaria, Bohemia, Polonia, Russia, etc. dicant *Szukno;* tamen olim *postaw* et *postawec* in usu fuisse, testantur Biblia Slavico-Bohemica; et in Illyrico hucdum *posztav* et *posztava*, in eodem significatu in usu esse, imo etiam in Hungaria, Bohemia et Moravia in usu esse *posztav szukna*, pro tota massa panni, ganz Stück

Tuch

Tuch, experientia docet. Faustus Verantius etiam deducit *Posztó* ex dalmatico *Posztav*.

Potom, gering, unnütz; potius nauci, nihili, scil. homo. *Potom* est purum slavicum, significatque *postea*, hernach, quod quidam Magyarorum adoptarunt, eique contemtivum tribuunt significatum, de homine nauci, nihili et inutili, qui nunc nihil boni facere vult, sed omnia, quae ei essent agenda, in futurum differt, *napotom* i. e. magyarice *Potomra*. —

Potrohos, dickbäuchig, deducitur per quosdam, non male, a slav. *potrawa*, alimentum, nutrimentum, vide Gram. Debr. p. 349.

Pozdorja, factum est ex slav. *pazdeřj*, vide *Pazdorja*.

Pózna, Stange, habet Cl. Márton; sed Páriz Pápai pertica, stipes, paxillus, Stecken, Pfahl, et nihil aliud est, quam Heubaum, Wiesbaum, slav. *paůz*, *pawůz*, boh. *pawůza*, aliis *pawůzyna*, *powozna*, ex quo Magyari contraxerunt *Pózna*, estque fustis foenarius, seu pertica, quae currui superimponitur, cum foenum, stramen, vel similia vehuntur, et in utroque fine reste adstringitur, qui nominatur *pawůznjk* seu *pawůzný prowaz*, *póznapóráz*, Heubaumstrick, vel *póznaistráng*, Heubaumstrang, ex *pózna* et *istráng*, i. e. Strang, compositum.

Pör vide *per*, est slav. *pře*, et *pörölni*, *přjti* se. —

Pöröly, Hammer, malleus, est ex slav. *perljk*, idem significante, a verbo *peru*, inter alia schlage, ferio, percutio.

Praktika, *préda*, *prédikálni*, *prédikátor*, *prédikátzió*, cum suis derivatis, per se patent, tanquam latina.

Prauda

Prauda, iurid. iudicium ad *Praudam*, i. e. privatum iudicium ad alicuius eloquium, qui dicit, se verum loqui, est slav. *prawda*, vulgo *prauda*, verum, veritas, die Wahrheit. —

Prém, est slav. *prém* et *prým*, vide *Perém.*

Prépost, nihil aliud est, quam *Praepositus*, ex quo Germani fecerunt Probst, Slavi. *Prebošt*, *Proboszcz*, etc. —

Prés, die Presse, slav. *pres* et *preš*, vide *Perés.*

Pretzeptor, Privatlehrer, est lat. *Praeceptor.*

Pribék, Cl. Márton posuit adiect. grausam; Páriz Pápai, refuga, perfuga, transfuga, Flüchtling, Uiberlauffer, et Gram. Debr. p. 301. transfuga, apostata: isti duo itaque in significatu transfugae conveniunt; sed in eodem significatu rectius scriberetur *Pribég*, quam *Pribék*, quia certe est slavicum *pribeg*, *pribegletz*, boh. *přjběh*, *přjběhlec* (et *poběh*, *poběhlec*), compositum ex praep. *při*, ad, apud, et nom. *běh*, *bieg*, *beg*, cursus, der Lauf. — In Gramm. Debr. p. 301. et 335. deducitur ex turcico *Bri-Beg*, i. e. Fiam Uram, Domine Fili, quia inquit, sic nominant Turcae conversos e Christianis. — Sed quam nimis coacta sit ista derivatio, quis non videt? An Turcae neminem nominant, Domine Fili, tantum e Christianis conversos, qui intuitu nostri sunt apostatae, transfugae, *odběhlcy*, *odpadlcy*, et intuitu Turcarum *přiběhlcy*, *pribegi*, quod ad ipsos adcurrerint? — Et nonne Turcae potuerunt vocabulum *pribeg* a Slavicis gentibus in Turcia Eurpaea degentibus didicisse, uti Magyari *Pribék?* — Certe Magyari slavicis gentibus undique circumdati, testantibus ipsis eruditis Magyaris, permulta ab iisdem acceperunt vo-

vocabula, ergo sine dubio etiam istud, quod tam pulchre et naturaliter deducitur ex *pribeg*, *při-běh*, a verbo *běhám*, *begám*, curso, cursito, vagor, comp. cum praep. *při.* Nonne hic prono quasi alveo fluit significatus hominis fugitivi, vagabundi, perfugae et transfugae? — Notandum tamen, slavicas gentes variis uti praepositionibus ad designandum eiusmodi hominem, utut primitivum vocabulum *beg*, *běh*, omnes retineant: Bohemi enim utuntur *po*, et dicunt *po-běh*, *poběhal*, *poběhlec*; Poloni *z*, ex, *zbieg*, *zbieglecz*; Russi *pre*, *pere*, per, trans, *pere-bieg*, *perebieglecz*, habent tamen etiam sine compositione *bieglecz*, Illyrii *pri*, ad, apud, *pri-bieg*, *pribiegal*, *pribigal*; compositum tamen cum praep. *pri*, *při*, ad, apud, significat proprie tantum talem transfugam, qui, derelictis aliis, aliquorsum accurrit, e. g. si quis a Russis ad Gallos transfugeret, talis vocaretur, respectu Russorum, quos deseruit, *zbieg*, *zbieglecz*, *pre-bieg*, *prebieglecz*, *poběhlec*, sed respectu Gallorum, ad quos accurrit, *pribeg*, *pribieg*, *pri-bieglecz*; secus quidem *pribeg*, *pribieglecz*, ita in genere hominem fugitivum significat, uti bohemicum *poběhlec.* Ex hisce patet, *Pribék*, in significatu transfugae, non esse turcicae originis ex *Bri-Beg*, verum potius slavicae ex *pribeg*, cet. Alioquin ex polonico, vel potius sarmatico *zbieg*, fatum est etiam *Uzbég*, *Üzbég*, Flüchtling, fugitivus servus, vide Decr. S. Ladisl. III. Cap. 2.

Pristaldus, est vox iuridica, latinae quidem terminationis, sed slavicae originis? facta ex *při-stal*, quod compositum est ex praep. *při*, ad,

et

et verbo *stál*, stetit, *státi*, stare, prae stare, *přistáti*, adstare, adsistere vel assistere, et significat, vi vocis, adstantem, assistentem, adiunctum. Vocabulo slavico *přistal*, addita est terminatio latina, *dus*, sic factum est vocabulum, a Magyaris etiam adoptatum, *Pristaldus*.

Nota. C. Severini in Comment. histor. de veteribus incolis Hungariae, cet. p. 104. scribit: „Slavos initio „rerum Hungaricarum in patria nostra exstitisse non „solum, sed et in rebus gerendis omne tulisse punctum, vel ex vocibus slavicis in iure patrio obviis, „demonstraveris, quales sunt: *Udvornik*, *Pristal*-„*dus*, *Striga*, alia.“ —

Próba, cum omnibus suis derivatis, et
Prófeszszor, sunt latina.

Prófēta, *prófētálni*, *prófētzia*, sunt graeco-latina, qualia etiam Germani habent, Prophet, prophezeihen, Prophezeihung; sed Slavi habent propria, prorok, prorokowati, proroctwj.

Prófont et *Prófosz*, sunt ex Proviant et Profoß facta.

Prókátor, contractum est ex *Procurator*, una cum derivatis.

Prósza, non est kukoritzaliszt pogátsa, Kukurußkuchen, uti vult Cl. Márton, quia kukoritzaliszt pogátsa est *málé*. Ponamus, *málé* alicubi a quibusdam Magyaris, per errorem, nominari *prósza*; eo tamen non obstante, *prósza*, nihil aliud est, quam slavicum *proso*, apud omnes gentes slavicas notissimum, usitatissimum, i. e. Hirse, milium, köles, et qualiscunque tandem cibus miliaceus nominatur *prosný* vel z *prosa*, inde factum esse existimo, nonnullos Magyarorum alicui cibo miliaceo nomen indidisse *Prósza*, quod is, qui cum Cl. Márton communicavit, etiam ad cibum ex farina zeae majs transtulit.

Pró-

Prósálni, *prosmitálni*, convenit quidem cum slavico *prosyti*, i. e. orare, rogare; sed sine dubio factum est ex lat. *prosas* cantare.

Prótestálni et *Prótestáns*, protestiren, Protestant, sunt ex latinis facta, *protestari*, *protestans*.

Pruszli, seu *lajbli*, pectorale, utrumque est originis germanicae, prius ex Brustlatz, posterius vero ex Leibel (Leibchen, Leiblein), formatum.

Prusszia, Preußen, et *Prusszus*, der Preuße, sunt slavicae originis, ex *Porus*, *Porussy*, post Russos, i. e. reliquiae Russorum, unde etiam latina, *Porussia*, *Borussia*, *Porussus*, *Borussus*, cet.

Prütsök, die Grille, gryllus, aliis *ptrütsök*, *trütsök*, quomodocunque scribatur, semper slavicam redolet originem, vel propter duas tresve consonas ab initio positas, quod Magyaris est insolitum, et propter secundam finalem syllabam *tsök*, quam fere omnes gentes slavicae, cum simplici tamen *e*, habent in grylli denominatione, etsi, quantum rescire potui, iam nunc nulla earum dicat *pruček*, *ptruček*, vel *truček*; sed Slavi Pannonii *swrček*, *šwrček*, quidam *čwrčok*, *šwerčok*, Bohemi *cwrček*, Poloni *szviercs*, *szviercsek*, Illyrii *csarcsak*, Russi *svercsok*.

Publikán, i. e. *Papagáj*, der Papagey, habet Cl. Márton; sed *Papagáj* est psittacus; *Publikán* autem est *Pelicanus*, avis americana, anseri similis, quapropter germanice non solum Pelikan, verum etiam Löffelgans dicitur, et ex Pelikan itaque exstitit *Publikán*.

Pudli (kutya), canis aquaticus, factum est ex Pudel.

Pukkanni, knallen, krachen, sine dubio formatum est ex slavico *pukati*, cum significat *praskati*, knallen, knastern, krachen.

Pu-

Pulitzka, Cl. Márton habet der Brey; Páriz Pápai autem Sommerkorn; sed in utroque significatu haud coacte poterit deduci ex slavico, in priori quidem ex *poljwka*, *poljwečka*, Brey, Suppe, in posteriori autem ex *půlka*, *půlička*, *polowička*, aut *polowičné*, Halbfrucht, Halbgetreide.

Pulpitom et *pulpitus*, der Pult, slav. *pulpjt*, ex voce latina sunt facta, mempe: *pulpitum*.

Pumi kutya, Haushund, formatum est ex germ. Pommer, vulgo Pummer, et dimin. Pummerl, inde *Pumi*.

Pupa, die Puppe, est latinum *pupa*.

Purgálni et *purgátzió*, abführen, laxiren, Purganz, Laxativ, Abführungsmittel, uti germanica Purganz, Laxativ, ita etiam magyarica ex latinis facta sunt, nempe *purgare* et *purgatio*.

Purgoma, ein Sinngedicht zur Innschrift, contractum est ex graeco-latino vocabulo *Epigramma*.

Purpián, purpureus, ex *purpura* factum est.

Puska, bombarda, telum ignem edens (sclopetum), Flinte, Büchse, das Feuergewehr. *Puska* quidem convenit cum germ. Büchse, quod Adelung deducit a Bug, Buk et biegen; sed Slavi suum *Puska* potius deducunt a sono seu bombo, quem edit, *bu*, *buch*, *pu*, *puf*, *puh*, *puk*, ex quo gentes slavicae, uti solent, fecerunt *buska* et *puska*, imo et *bauchačka*, a verbo *bauchám*. A sono *bu*, *buch*, est verbum *buchnu*, bombum edo, et inde *buska*, a sono autem *pu*, *puh*, *puk*, est verbum *puknu*, *pukám*, knallen, krachen, sonitum vel fragorem edo, et inde *puska*. Cum itaque tam naturaliter deducantur vocabula *buska* et *puska* a sono *bu* et *pu*, et a verbis *buchnu*

et

et *puknu*, et cum apud omnes gentes slavicas et olim fuerint et nunc sint in usu, non est dubium, quin Magyari ab iisdem acceperint suum *Puska*, una cum quibusdam derivatis et compositis, e. g. *puskapor*, *pušný* vel *puškowý prach*, *puskatsináló* ex *puska* et *činjm*, facio, alia.

Puszdarék, genethlia, natalitia, symposium, rectius scribetur *puzdarék*, quia sine dubio ortum habet a slav. *pozdrawek*, quod descendit a verbo *pozdrawiti*, salutare, uti penes symposium aut qualemcunque compotationem fieri solet, cum nempe Slavi potantes alteri praebibunt aut potum propinant, saepius istas formulas salutandi aut optandi repetunt: pozdraw Pán Bůh, aut Bůh day zdrawj! salvus sis! vel etiam: Bůh zdař! Deus secundet, beet! Iam nostri Magyari, formulas istas audiendo, sive ex ipsis, sive vero ex subst. *pozdrawek*, salutatio, facile formare potuerunt *Puzdarék*.

Puszpáng, Buchsbaum, slav. *pušpán*, lat. *buxus*, sine dubio Magyari et Slavi ex germanico, Germani ex latino, Latini vero ex graeco πυξος formaverunt.

Puszta, desertum, eremus, solitudo; et adiect. desertus, desolatus, est slavicum apud omnes gentes slavicae prosapiae usitatum *pustý*, *pustá*, *pusté*, wüste, desertus, a, um, hinc etiam *paušť*, *pustina*, *pustatina*, die Wüste, Wüstenen, desertum, *puszta*, *pusztaság*, et *pustnauti*, *pusztúlni*, *pustnutj*, *pusztúlás*, et *zpuštěnj*, *zpustiti*, *zpustatiti*, *pusztitás*, *pusztitni*, Verwüstung, verwüsten.

Putnokfü, das Polenkraut, Flöhkraut, mentha pulegium, compositum est ex slav. *putnjk*, *poputnjk*,

et

et magy. *fü:* *Put* est via, inde *putný*, viaticus, *putnjk*, viator; sed *putnjk* et *poputnjk* etiam herbam ad viam crescentem significat, nempe plantaginem, quae etiam germanice a via vocatur Wegerich, Wegebreit, russice autem etiam ab alio nomine viae, *draga*, *doroga*, vocatur *podorožnik* ac *pridorožnik*. An vero *Putnokfü putnjk*, *poputnjk*, sit pulegium vel plantago, inquirant Botanici; nobis sufficit, *Putnok* esse slavicae originis.

Putton, oenophorum, die Butte, slav. *puton*, *putna*. Sive ex germ. sive ex slavico acceptum sit *Putton* magyaricum, ad idem redit; sed cuius sit originis Butte et *putna*, disquirendum est. Adelung nihil dicit, unde oriatur Butte, tantum, apud omnes europaeas gentes, hanc vocem, cum modica mutatione, in usu esse; sed *putna*, unde et germ. Butte, et magy. *Putton* ortum habere puto, est certe slavicae originis, ex *put*, via, *putný*, *putná*, *putné*, viaticus, viatica, viaticum, *putná nádoba*, vas viaticum, aut breviter, uti Slavi facere solent, subst. *putna*, vas viaticum gestatorium, seu dorsuale, in quo commode varia gestari possunt, Tragebutte.

Puzdra, corytus, pharetra, theca, Futteral, est slav. *puzdro*, boh. *pauzdro*, polon. *puzdro*.

Pössöly, pyxis, ex germ. Büchse, slav. *pyksel* et *pyksla*, et *pössölyötske*, *pykslička*.

R.

Rab, captivus, mancipium, der Gefangene, Arrestant, est slavicum, quia apud omnes slavicas

 gen-

gentes *Rab* et *Rob* invenitur, ex quo descendit *rabiti* et *robiti*, laborare. Slavi in Hungaria et Russi habent *Rab*, Illyrii, *Rab* et *Rob*, imo et *Raba*, serva, et *rabiti* vel *robiti*, laborare, servilem operam praestare, et inde *rabota* vel *robota*, opus servile, apud omnes Slavos, Bohemos, Illyrios, Russos, Polonos, cet. est in usu. Aliqui illorum *robiti* utuntur pro *činiti*, *dělati*, facere, alii pro *pracowati*, laborare; sed plerique tantum pro angariam praestare, i. e. *rabotálni*.

Rabarbara, die Rhabarbar, utrumque ex vocabulo Rheum *Rhabarbarum*.

Rablani et *rabolni*, rauben, depopulari, etiam Slavi dicunt *rabowati*, quod aut est ex germ. rauben formatum, aut vero derivatur a *Rab*. —

Rabota, *robot*, die Robot, der Frohndienst, est slav. *rabota*, *robota*, vide *Rab*.

Radina, der Taufschmaus, etiam istud slavicam videtur habere originem, sive a verbo *radugi* se, gaudeo, laetor, unde radostné hody, radostna hostina, contracte *radostina*, boh. radowánky, laetum convivium; sive vero a verbo *rodjm*, gigno, gebäre, unde *rodina*, liberi, familia, et convivium natalitium pro propinguis, Geburtsschmaus für Anverwandten.

Ragya vel *Rogya*, rubigo, uredo, cet. Mehlthau, Rost, est slavicum *rďa*, *rdza*, *ridza*, *riza*, *rza*, boh. *rez*, polon. *rdza*, russ. *rža*, illyr. *ridja* et *radja*, i. e. *Ragya*, idem.

Ragyagok, *ragyogni*, schimmern, glänzen, convenit cum latino *radio*, et cum slavico *rdjm* se, idem, et rubesco.

Raj

Raj, Bienenschwarm, examen apum, est slavicum in omnibus dialectis obvium, *roj;* inde *rajzani*, schwärmen, *rogiti* se, et *rajzás*, *rogenj*.

Rajz, die Zeichnung, der Grundriß, nihil aliud est, quam germ. Riß, quando significat designationem, delineationem, das Reißen, Zeichnen; inde *rajzolás*, *rajzolat*, *rajzolni*, etc. reißen, i. e. zeichnen. —

Rák, cancer, Krebs, est genuinum slavicum, omnibus slavicis gentibus notissimum et usitatissimum, *rak* vel *rák*, inde *rákászni*, Krebse fangen, *raky lowiti*, cet. —

Rakontza, subscus, currum fulciens, formatum est per consvetam abbreviationem ex slav. *rázkolnica* vel *rozkolnica*, quod derivatur a *kolo*, rota, vel a *kola*, quando currum significat, compositum cum praep. insep. *raz* vel *roz*, *dis*.

Rakottya, *rekettye*, salix viminalis, siler, Bachweide, est slav. *rakita*, collect. *rakitjá*, boh. *rokytj*, polon. *rokiczina*, illyr. et russ. *rakita*, collect. *rakityina* et *rakityá*.

Ráma, forma, norma, cet. etiam Slavi dicunt *rám*, a germ. Rahm.

Ráng, locus, ordo, est genuinum germ. Rang.

Rántz, plica, ruga, Falte, Runzel, sine dubio ortum ducit a germ. Runzel, et *rántzolni* a runzeln, cum omnibus derivatis.

Rápánt, canthus, Radschinne, factum est ex germanico Radband.

Rapontz, *repontz*, *ropontz*, ex germ. Rapunzel, et istud ex campanula *rapunculus*.

Ráró, falco haeliaetus, aliis falco cyanopus, Blaufuß, Entenstößer; *Ráró* certe ita est slavicum,

 uti

uti *szarka*, quia vocatur *rároh*, boh. *raroh*, polon. *rarog*, illyr. *rárov*. —

Ráspoly, Feile, lima, factum est ex germ. Raspel.

Rásza, est purum slavicum vocabulum, quamvis proprie non significet plantam, verum homines tenellas plantas laudare volentes dicunt, eas esse uti *rásza*; *Rása* autem boh. *řása*, polon. *rženszа*, russ. *rjásza*, illyr. *rásza*, significat 1) fucum illum in prunis, pomis, cet. qui facile deteritur, unde Joh. Amos Comenius dicit: *krása*, *řása*, i. e. pulchritudo est uti fucus; 2) lemnam minorem, Meerlinse, Wasserlinse, etc. —

Rebellio et *rebellis*, sunt pura latina.

Regálpapiros, Regalpapier, ex lat. *regalis papyrus*.

Regnálás et *regnálni*, est *regnatio* et *regnare*.

Regula, Regel, *regulás*, regelmäßig, *regulázni*, cet. a *regula*, *regulare*.

Rékli, est germ. Röckel.

Rekomendálni, est *recommendare*.

Rekruta, est Rekrut, et *rekrutázni*, rekrutiren.

Remek, *mester remek*, specimen artificiale opificii, Meisterstück. Siquidem maiores Magyarorum, cum in Europam venissent, hac de re sine dubio nihil sciverunt, sed eam ab Europaeis tandem didicerunt: quaestio oritur, unde ortum sit *Remek*. In Gram. Debr. p. 349. comparatur, et non male quidem, cum *řemeslo*: nam *řemeslo* in omnibus slavicae linguae dialectis significat artificium, opificium; sed tamen in nulla dialecto, quantum scio, dicitur *Remek*. Hinc opinor, vocem hanc aut contractam esse ex *řemeslnjk*, opifex, aut, quod magis arridet, formatam esse ex *preumek*, omisso nempe *p* ab initio, factum est primum *reumek*, cum tempore *Remek*.

Iam

Iam quemadmodum *priuček* (*přjuček*), significat id, quod praestatur, cum quis solenni ritu in disciplinam artis recipitur; (descendit enim a verbo *učjm* se, disco, et inde compos. *přiučjm* se, addisco) ita *preumek* (*přeumek*), significat id, quod editur, cum quis iam artem didicit et scit (a verbo *umjm*, scio), ergo est aliquid affabre facti, seu opus artificiosum, tanquam specimen artis, ad ius magisterii consequendum. Slavos olim hoc vocabulo usos fuisse, nullum est dubium, quia hucdum Russi eo utuntur, etsi etiam *probnája rabota*, *preumnoje dielo*, (magy. *remek munka*), dicant.

Remete, Einsiedler, Eremit, formatum est ex *Eremita*, omisso primo *e*, mansit *remita*, ex quo exstitit, mutatis literis, *Remete*.

Rend, ordo, series, factum est ex slav. *rjád*, olim *rjend*, et nunc polon. *rzond* (loco *rjend* vel *rjond*), boh. *řád*, russ. *rjád*, illyr. *reed*, *rend*, inde compos. slav. *porjád*, *porjádek*, vulgo *porjádok*, boh. *pořád*, *pořádek*, polon. *porzond*, *porzondek*, russ. *porjád*, *porjádok*, Ordnung, Reihe. — Inde

Rendelem, ordino, *rjendjm*, *rjádjm*, boh. *řjdjm*.

Répa, *rapa*, Rübe, convenit quidem cum latino et germanico, maxime tamen cum slav. *repa*, boh. *řepa*, polon. *rzepa*, russ. *rjepa*, illyr. *ripa*. *Répátska*, est *řepička*.

Répatzima, *rapacia*, *rapacium*, aut ex ipso *rapacia*, aut ex *řepa* et *cyma*, aut tandem ex *řepacý nať*, uti Slavi in Hungaria dicunt, Bohemi vero *řepnj nať*, *rapacia*, i. e. herba seu folia raparum, das Kraut oder Blätter an den Rüben, factum est.

Rep-

Reptsén, aliis *reptsény*, et *reptsin*, sinapis, der Senf, et *reptze*, idem. Si *reptsin* et *reptze* idem significant, auctore Cl. Mártonio, utrumque a *řepa* derivandum est, a quo dim. *řépica*, *řepice*, Ackersenf, Hederich, erysimum, procedit, quod quoad herbam rapae sit simile; sed si *reptsin* aliud significat, uti vult Páriz Pápai, sic sive a *řepa*, *řepička*, *řepka*, rapulum, Rübchen, sive vero a *řepjček*, Odermennig, agrimonia eupatoria, aut a *řepjk*, Klette, arctium lappa, derivandum erit.

Resta, die Reuter, cribrum, factum est ex slav. *rešeto*, boh. *řešeto*, polon. *rzessoto*, illyr. et russ. *resseto*.

Reteg, der Rettig, raphanus sativus, aut ex germ. Rettig, aut ex slav. *řetkew*, *redkwa*, *redka*, *retka*, uti per varias dialectos varie effertur.

Retesz, obex, repagulum, das Gesperr, alii rectius scribunt *retez*, quia est slavicum *retaz*, boh. *řetěz*: Slavi enim multis in locis catenulis seu catellis utuntur ad occludendas ianuas, inde dicunt: *dwéře zařetězyti*, loco zamknauti, occludere ianuam, quasi diceres magyarice: az ajtót *béretezni*, i. e. bérekeszteni, *béreteszelni*.

Rettentö Eskarap (hal), — *Rettentö* est horridus, et *Eskarap* factum est ex *scorpaena*, der knorrige Zauberfisch, *scorpaena horrida*.

Ribizli, germ. Ribisel, slav. *rybizle*, omnes habent ex lat. *ribes*.

Rideg, singularis, sonderbar, factum est ex slav. *řjdký*, absol. *řídek*, rarus, rar, seltsam, sonderbar. — Vide etiam *Ritka*.

Rikatni et *rikoltani*, laut schreyen, ex slav. *řjkati*, aut *křjkati*, clamare.

Riska

Riska, subruber, röthlich, blond, factum est ex slav. *rusý*, vel *ryšawý*, röthlich, rufus, ex quo subst. *ruska* vel *ryška*, foem. rufa vel subrubra mulier, vacca, cabala, cet. *Ryška* sic legitur, uti magyaricum *Riska.*

Riskása, oryza, Reiß, compositum est ex *rís*, slav. *ryž* vel *rýž*, et *kása*, slav. *kaša* vel *kaše*, *rýžkaša*, *rýžowákaša*, boh. *reyže*, *reyzowá kaše*, polon. *ryž*, *ryžkassa*, forte omnes ex *oryza.*

Ritka, rarus, schütter et seltsam, est ex slav. *řjdký*, *řjdká*, *řjdké*, et boh. sic, polon. *rzadky*, russ, *rjedky*, illyr. *ritky*, *ritka*, *ritko.* — Ex adiect. trium terminationum acceperunt Magyari secundam, *Ritka.*

Ritkán, *ritkaság*, *ritkitani*, *ritkulni*, cet. omnia a *řjdký*, *ritky.*

Rokka, colus, factum est ex germ. Rocken, Spinnrocken.

Rokolya, amictorium, ex germ. Rock, Röcklein, vulgo Röckel.

Román, der Roman, notum vocabulum, factum ex fabula *romana*, vel *romanensi.*

Rombolni, dissecare, ex slav. boh. *raubati*, polonico vero modo *rombacz*, formatum est *rombolni.*

Róna, eben, aequus, planus, est slav. rowný, *rowná*, rowné, et *róna* föld, eine Ebene, planities, apud gentes slavicas dicitur *rovnja* et *rovina*, boh. *roweň* et *rowina*, russ. *rovnina*, polon. *rovnja*, ex hocce *rovnja*, aut ex secunda terminatione agiectivi *rowná*, factum est magyaricum *Róna.*

Rosnika, arsenicum, factum est ex ipso *arsenico.*

Rosólis, germ. Rosolie, slav. *rózoliš.*

Rost

Rost, fibrae et fratilli, die Faser, ex germ. **Rost**, cum significat etwas Gegittertes, crates.

Rosta, die Reuter, ex slav. *řešeto*, vide *Resta.*

Rostély, crates, cet. ex germ. Rost, dim. Röstlein, vulgo Räſtel.

Rostika, formatum est ex eo, quod significat, *Acrostichum.*

Róta, turba, ex lat. *rota*, germ. Rotte, slav. *rota*, caterva, multitudo hominum factiosorum seu turbulentorum.

Rotska, orca, scaphium, Wurfschaufel; sed hoc non est *rotska*, verum *wĕgečka*, ventilabrum. Cl. Márton habet, das Melkgefäß, poterit quidem etiam pro mulctro adhiberi; sed in genere aliud significat, nempe: quia derivatur a *ruka*, manus, unde dimin. *ručka*, *ručička*, *raučka*, vulgo *ročka*, designat eiusmodi vasculum, quod una manu facile portari potest, quasi kézedény, vagy egy kézben hordozható edény, Handeimer, amphora manualis, vel situla.

Rovás, dica, est slav. *row*, ein Grab, Grube, a verbo *ryti*, fodere, sculpere, — *rowas* autem est lignum, cui aliquid insculpitur vel notatur; uti krow a kryti.

Rozmarin et *Rozmaring*, Rosmarin, est *rosmarinus.*

Rozs, *ros*, secale, Roggen, Korn, est purum slavicum *rož*, boh. et morav. *rež*, illyr. *ráž*, russ. *rož*, i. e. *Rozs.*

Rózsa, *ró'sa*, Rose, *rosa*, slav. *růža*, *ruoža*, pol. et russ. *róža*, et *tsipke-rózsa*, *šjpkowá růže*, vel *róža*, et *rózsabokor*, *růžowý keř*, *rózsaetzet*, *růžowý ocet*, etc. —

Rozsda

Rozsda, rubigo, aerugo, ferrugo, aut ex Rost, aut ex slav. *rdza*, vide *Ragya.*

Rozsdás, rostig, *rdzawý*, *rozsdásodni*, rostig werden, cet.

Rozsnok, lolium, factum est ex slav. *rožnjk*, *režnjk;* quod autem, propter similitudinem quandam cum secali *rož rež*, bene nominetur slavice *rožnjk*, *režnjk*, ostendunt eius denominationes in aliis linguis, quia nominatur germ. Rockentrespe, Roggentrespe, lat. bromus secalinus, Linn.

Rozomák, meles gulo, Vielfraß, istud animal a gentibus slavicis, quibus notum est, sine dubio nominatur *rozomák*, vel rectius *rozumák*, a *rozum*, ratio, intelligentia, quod nempe caute sciat hominem decipere, ut perhibet Raff Hist. Nat. (vide sub Vielfraß), inde Poloni nominant *rosomák*, Russi autem cum exigua mutatione *rossomacha.*

Rubin, der Rubin, slav. etiam *rubjn*, est *rubinus.*

Ruha, das Kleid, vestis, est slav. *rúcho*, boh. *raucho*, illyr. *ruhò.* Hinc

Ruhatisztító, der Kleiderputzer, est slav. *raucho čisticý.*

Rusnya, garstig, unsauber, unfläthig, häßlich, sordidus, squalidus, in Gram. Debr. p. 301. deducitur ex *Rusnyák* vel *Rusznyák*, i. e. Russus; sed non dicitur *Rusnyák*, verum *Ruszszák* et *Rusznák*, neque poterit ulla ratione *Rusnya* a *Rusznák* derivari; et cur esset Russus sordidior et squalidior Magyaro, ut iste ex Russo faciat *Rusnya*, non video: potius itaque deducendum puto *Rusnya*, a germ. Ruß, fuligo, quia fuligo per se squalida et turpis est; aut vero, si istud non placeret, possumus *Rusnya* deducere a slav. verbo *rušjm*, verderbe, zu Grunde richte, corrum-

po,

po, vel vero verletze, violo, quod quia turpe est, hinc facile formari potuit *rušný*, *rušná*, *rušné*, corruptus, violatus, turpis, et *rušicý*, corrumpens, violans, ergo turpia faciens; plenius *rušený*, *rušená*, *rušené*, vel *porušený*, *a*, *é*, corruptus, violatus.

Ruta, die Raute, slav. *ruta*, boh. *rauta*, omnes habent a lat. *ruta*.

S.

Sábes, der Schabes der Juden, nostri Magyari certe non ab antiquo hebr. *Sabbath*, sed a recentiore rabbinico *Schabes* habent *Sábes*. —

Sáf, *scaphium*, germ. Schaff, vas, sine dubio Germani ex latino *scaphio* formaverunt Schaff, et Magyari ex germ. suum *Sáf*.

Sáfár, der Schaffner, Wirthschafter, dispensator, promus condus, oeconomus, formatum est ex germ. Schaffer, Schaffner.

Sáfrán, crocus, der Safran, et slav. *šafrán*. Hinc *Sáfrányozni*, mit Safran würzen, est slav. *šafrániti*.

Sajtár, *zsajtár*, mulctra, orca, ein Melk- oder Schöpfgeschier, Sächter, etiam nonnulli Slavorum dicunt *šochtár*, *šechtár*; sed utrique, sine dubio, formaverunt ex germ. Sächter.

Sakál, canis aureus, est novum, factum ex Schakal, uti etiam

Sakk, *Sakkjáték*, Schachspiel; quia Magyari non habent in sua lingua *ch*, ex ch hic fecerunt duplex *kk*. Inde *Sakkozni*, est Schachspielen.

Salak, recrementum, retrimentum, scoria, formatum est ex germ. Schlacken.

Sa-

Salang, *sallang*, fimbria, instita; — imo potius limbus, seu id, quod replicatum est in veste: quia derivatur a germ. Schlag, Aufschlag.

Saláta, lactuca, germ. Salat, slav. *salát* et *šalát*, sicut etiam *salátátska*, slav. *saláteček*, vulgo *šalátočok*, lactucula.

Salé, est vox nova, linteolum, der Schal, nuncupatum significans.

Salétrom, der Salpeter, Salniter, est *sal nitrum.*

Salukáter, clathri, est gallico-germ. Schalugatter.

'Sálya, contractum est ex *salvia*, die Salvey.

'Sámoly, scabellum, formatum est ex germ. Schemmel.

Sandal, *sandalni*, *sanditani*, ex germ. Schielen.

Sándor, Alexander, ex postremis duabus syllabis *Xander*, in nomine *Alexandri*, formatum est *Sándor.*

Sánta, claudus, hinkend, lahm, factum est ex slav. *šantawý*, idem, quod plerisque gentibus slavicis usitatum est, inprimis in Hungaria; sed neque Bohemis, Russis, Moravis atque Polonis ignotum; vide Joan. Amos Comenii (Slavus Moravus), in Janua linguarum Nro 289. ubi de claudicatione scribit, etiam *šantawý* continetur.

Santálfa, est lignum *santalinum*, Sandelholz.

Sántz, agger, vallum, est ex germ. Schanze, et *sántzolni*, schanzen.

Sapka, *sipka*, die Mütze, Kappe, non est factum ex gallico *chapeau*, pileus, uti in Gram. Debr. p. 347. asseritur; sed est genuinum slavicum, apud omnes gentes slavicas, exigua cum mutatione, usitatum: Slavi enim in Hungaria et Poloni dicunt *čápka*, Bohemi et Moravi *čépka*, *čépice*, *čépička*, Russi autem die Mütze zum schlafen, Schlafmütze, *kolpak*, sed Pelzmütze, *sapka*, die Mütze vor jemanden abnehmen, *sapku szniaty*, cet.

cet. Ecce russicum idem est cum magyarico *Sapka.*

Sarágja, *saraglya*, et *sereglye*, clathrum, ex germ. Schragen, sine dubio, formatum est, istud autem ex Schräge, obliquus, transversus, eiusmodi enim est clathrum in curru dictum *Saraglya.*

Sarampó, crates, munimentum, der Schlagbaum, cataracta, cet. etiam germanicum etymon redolet, et videtur formatum esse ex schrauben, torqueo, torquendo cogo, aut ex schrumpfen, rugor.

Sás, carex, Rietgras, etiam Slavi dicunt *šášj*, *šašina*, *šařina.*

Satnya, elend, miserabel, miser, sine dubio formatum est ex slav. *psotný*, *psotná*, *psotné*, quod olim dicebatur *sotný*, *sotná*, *sotné*, miser, a, um, ex quo tamen nunc vix aliquid superest, praeter adv. *sotně*, i. e. 1) misere, elend, 2) vix, kaum, et in isto ultimo significatu dicitur etiam *sotwa* atque *ledwa.* Hinc etiam

Satnyúlni, *elsatnyúlni*, *sotněti*, *psotněti*, *zpsotněti*, elend werden.

Sátor, das Zelt, tentorium, est slavicum; — Slavi in Hungaria, Russi, Poloni, atque Illyrii dicunt *sátor*, Bohemi *stan*, *stánek*; *Sátorotska*, tentoriolum, slavice *šátoreček*, genit. *šátorečka*, vulgo *šátoročka*; derivatur autem ex *šát*, *šátek*, *šátar*, et *šata*, *šatka*, 1) linteum; 2) vestis, vestimentum.

Satz, census, tributum, est ipsum germ. Schatz, quod inter alia censum atque tributum significat. Sic etiam

Satzolás, *satzolni*, censeo, tributum exigo, et *satzoltatom*, a verbo schätzen.

Seg-

Segrestye et *sekrestye*, *sacrarium*, ex quo aliae gentes fecerunt *Sacristia*, Germani Sacristey, Slavi, Poloni, Bohemi, cet. *Zakřistya*, Magyari *Segrestye* et *sekrestye*.

'Seléb, *zseléb* et *zsilip*, Rinne, canalis, alveus, cet. factum est ex slav. *žleb*, boh. *žlab*, polon. *žlob*, russ. *žolob*, illyr. *žlib*: ergo *'Seléb*, *zsilip*, est slavicae originis.

Seleri, Sellerie, apium dulce, slav. *zeler*.

Sellhall Gadótz, prius factum est ex germ. Schellfisch, posterius ex lat. *gadus* aeglefinus, v. *Gadótz*.

Selling, as, aut numus *Schilling* ex germ. Schilling.

Sellye-szék, Sessel, prius formatum est ex lat. *sella*.

Selp, *selyp*, lispelnd, blaesus, sine dubio factum est ex slav. *šeleptawý*, boh. *šeplawý*, idem.

Semling, esox, aut ex lat. *salmo*, aut ex illyr russ. *semga*; boh. et pol. dicitur *losos* v. *Lazatz*.

'Semlye, *zsemlye*, die Semmel, panis similagineus. etiam gentes slavicae dicunt *žemle*; sed origo eius est ex *Simila*.

Senditze, vide *zsenditze*, ex slav. *žjenčice*.

Sententzia, est *sententia*, et *sententziázom*, *sententiam* dico.

Serét, *srét*, grando plumbea, ex germanico Schrot factum est.

Serte, die Borste, est *seta*, inde est etiam *sertés*, das Borstenvieh, *setosus*, seu *sus*; et *serte etset kötö*, setarius, *serte* ex *seta*, *etset* ex slav. *štět*, vide *Etset*.

Sestely, incitega, Weingeschier, est germ. Sechstel, sextans.

Sétálni, spaciari, provenit a slavico *šetšel*, *šedu*, eo, ivi, *prjštj*, adventus, inde serbicum et croaticum *šetati*, ire, gradiri, spaciari.

Se-

Setzel-szék, sella, sedile, factum est ex germanico Sessel.

Sima, glatt, glaber, factum est ex latino simus, *sima*, simum.

Sin, *sing-vas*, canthus, ex germ. Schiene, Schieneisen, aut ex slav. *šjn*, idem.

'*Sinár*, *zsinár*, levis, vanus, vilis homo, ex *swiňár*, boh. *swiňář* et *swiňák*, quo Slavi non solum subulcum, verum etiam hominem vilem, nauci, spurcum atque immundum nominare solent.

'*Sinat*, Versammlung, non a vocabulo *Senatus*, sed a *Synodus* est.

Sindely, *sendely*, *zsindely*, scandula, dicunt quidem et Germani Schindel, et Slavi *šindel*; sed origo vocis est lat. *scindula*, a scindo.

Sinór, chorda, amussis, formatum est aut ex germ. Schnur, aut ex slav. *šňůra*, 1) funiculus, 2) norma, amussis, *sinórmérték*.

Sipka, die Mütze, vide *Sapka*, quod idem est et eiusdem originis.

Sisak, der Helm, cassis, galea, slav. illyr. et russ. etiam *sisak*; sed volunt quidam, esse vocabulum *cassis*, retro legendo. —

Skarapla, *skarapna*, et *Skorpió*, der Skorpion, formata sunt ex latinis *scorpio* et *nepa*.

Skárlát, coccus, coccum, ex germ. Scharlach, aut ex slav. *šarlát* et *škarlát*, inde

Skárlátbogár, Scharlachwurm.

Skófium, Goldfaden, filum auratum, in Gramm. Debr. p. 337. deducitur ex vocabulo graeco-lat. *Episcopium*, sine dubio propterea, quod Episcopi suas mitras eiusmodi filis exornaverint.

Skomberhal, die Makrele, factum est ex *scomber*, addito magy. *hal*.

Snef

Šnef, *Szalonka*, scolopax, prius ex germ. Schnepfe, posterius ex slav. *slúka*, pol. *szlonka* v. *Szalonka*

Šnefhal, centriscus sclopax, Meerschnepfe, etiam ex Schnepfe formatum, addito magy. *hal*.

Só, sal, das Salz, sine dubio ex slav. *sol*, in omnibus dialectis usitato, formatum est.

Sóakna, *Sóbánya*, etiam ex slav. *solnábáňa*, vide *Akna* et *Bánya*.

Sobrák, rectius *zsobrák*, deparcus, sordidus, geizig, karg, quia est slav. *žobrák*, boh. *žebrák*, mendicus, et sordidus uti mendicus.

Sódor, rectius *sóldor*, perna, der Schinken, aliqui Slavi etiam dicunt *sóldra* et *sóldrowina*; sed sine dubio et Slavi et Magyari formaverunt ex germ. Schulter, armus, scapula.

Sógor, affinis, factum est aut ex germ. Schwager, aut ex slav. *šwağr*, *šwağer*, vulgo *šwağor*, *Sógorság* etiam convenit cum germ. Schwägerschaft, et cum slav. *šwağorstwj*.

Sólya, Pantoffeln, ex lat. *solea*.

Somma vel *summa*, est lat. *summa*.

Sonka, ex germ. Schinken.

Sors, Loos, Schicksal, est lat. *sors*.

Spárga, filum retortum, formatum est ex germ. Spagat.

Spárga, *spárgafü*, *asparagus*, Spargel, slav. *špárğa* et *šparğla*, *šparğle*, polon. *sparág*, russ. *sparža*, ex *asparagus*.

Spatziálni, spazieren, factum est ex ipso verbo *spatiari*.

Spék, der Speck zum spicken, est ipsum germ. Speck, et inde *spékelni*, spicken, *spékelö*, Spicknadel.

Spehely, die Gansseele aus Holz, paxillus ligneus, ex germ. Speiler.

Spi-

Spikanárd, *spikinárd*, lavendula spica, germ. Spikanard, Spikenárd, slav. *špikanard;* sed omnes fecerunt ex *spica nardi* latino.

Spinát, *spinátz*, Spinat, ex lat. *spinacia*, Linn.

Spitz, cuspis, apex, cet. est ipsum germ. Spitz, Spitze, aut slav. *špic.*

Spondia, *spongyia*, der Saugschwamm, est latinum *spongia.*

Sróf, *soróf*, cochlea, formatum est ex germ. Schraube.

Stempely, est ipsum Stämpel, pistillum, signum.

Stokfis, est ipsum germ. nomen piscis Stockfisch.

Stomp, mola contusoria, Stampfmühle, aut ex ipso germ. Stampfe, aut vero ex slav. *stupa*, boh. *staupa*, polon. *stempa*, *stompa*, idem.

Strázsa, vigilia, excubiae, custodia, die Wache, est genuinum slavicum *stráž*, *stráža*, a verbo *stréhu*, vulgo et olim *stráhnu*, custodio, boh. et polon. *stráž*, illyr. et russ. *stráža.*

Strutz, *struthio*, der Strauß, slav. pštros, štros, boh. pštros, polon. et russ. strusz, illyr. *strucz*, omnes acceperunt sine dubio ex lat. *struthio.*

Stukatúra, die Stuckatur, italice *stuccador*, slav. *štukatúra.* Seculo XIII. hanc artem Graeci primi tulerunt in Italiam, unde postea ad reliquas gentes transivit, una cum sua denominatione.

Stutz, telum brevius, est ipsum germ. Stutz.

Suartz, supparum, ex germ. Schurz, Schürze, subligaculum.

Suba et *subitza*, rheno, toga pellicea, Winterkleid, vox utraque est pura slavica, quam pauci cum Bohemis exprimunt *čuba*, Russi autem, Poloni et alii *suba* et *subitza.*

Sufa. *zsufa*, ius, iusculum, eine Art Brühe, ex germanico Suppe.

Su-

Sugallom, *sugarlom*, susurro, insusurro, flüstern, est slav. *šuškám*, quod idem significat, sine dubio primum factum est *suskalom*, dein *susgalom*, denique *sugallom* et *sugarlom*, unde etiam *sugás*, *sugdosni*, *súgni*, *susogni*, cet. susurrare.

Suhantz, ein Bursche, factum est ex slav. *šuhag*, *šuhagec* (l. *suhajetz*): hominem enim iuvenem (Bursche), Slavi in Hungaria, laudare volentes, solent dicere: dřjčný šuhag, šuhagec, derék *Suhantz*.

Sunda, häßlich, turpis, sine dubio factum est ex slav. *šwandra*, idem.

Süp, *zsüp*, fascis, manipulus, ex germ. Schob, vulgo Schub.

Super, Schiffbaumeister, ex lat. *superior* scil. architectus navalis.

Superlát, velum, aulaeum, sine dubio ortum est ex hocce: *super lectum* velum, Vorhang, quod vel ex phrasi, quae sequitur, patet: *Superlátot* tsinálni az ágy körül, lectum velis instruere.

Susárló et *susárlok*, formatum est ex ipso, quod significat, *susurro*, slav. *šuškám*.

Susnya, ignavus pusio, factum ex primis duabus syllabis adiectivi *sušňawý*, *šušňawý*, istud vero derivatur a *sušeň*, vulgo *šušeň*, i. e. siccus mucus sub naso, a *suchý*, *sušený*, siccus, siccatus; significat autem eiusmodi ignavum pusionem, qui prae ignavia neque nasum emungit, sed mucum tamdiu naso adhaerescere relinquit, usquedum siccetur, et talis siccus sub naso haereat: iste siccatus mucus vocatur slav. *sušeň*, nonnullis vulgo *šušeň*, et is, qui eum habet, est *sušňawý*, *šušňawý*, á, é, adiect. 3 term. subst. vero *sušňák*, *šušňák*, i. e. *Susnya*.

Susogni, *suttogni*, susurrare, factum est ex slav. *šuškati*, idem.

Susták, ein Sechskreuzerstück, est slav. *šesták*, Sechser, quod tamen quidam Slavorum per abusum exprimunt *šosták*, inde *Susták*.

Suta, ohne Hörner, etiam Slavi dicunt šutý, *šutá*, šuté, idem.

Sümeg, Comitatus Sümegiensis, trahit originem a voce slavica *šum*, *šumek* (lege schumek), quod sylvam vel nemus denotat.

Szabad, fas est, licet, et adiect. licitus, liber, erlaubt, frey. Vocabulum *Szabad* slavicae esse originis, sequentia docent: 1) in omnibus dialectis slavicae linquae est libertas *swoboda*, et liber *swobodný*, eo tantum excepto, quod multi Slavorum, inprimis in Hungaria et Illyrico, exprimant *sloboda*, *slobodný*; rectius tamen scribi et dici *swo-* quam *slo-* non solum consensus tot tantarumque gentium slavicarum, Russorum, Polonorum, Bohemorum, etc. qui omnes dicunt *swobodný*, verum etiam etymologia vocis id demonstrat: 2) derivatur enim a *swog*, suus, et *bude*, erit, seu sui iuris existens, *swogbuda*, ex quo tam facile formatum est *swoboda*, et inde *swobodný*, uti ex *swog*, *swá*, *swé*, suus, sua, suum, et *mysl*, mens, *swémyslný*, i. e. suae mentis, eigensinnig, et ex *wůle* vel *wola*, voluntas, *swéwolný*, i. e. suae voluntatis (scil. homo), muthwillig; nostri Magyari autem, concursum consonantium literarum ab initio vocis fugientes, omisso *w*, et finali syllaba *ný*, atque mutato, uti solent, *o* in *a*, ex *swobodný* fecerunt *Szabad*. Hinc etiam *szabad asztal*, mensa gratuita, seu libera, est *swobodný stol*, *szabadon*, *swobodně*.

sza-

szabados, *swobodář*, *swobodnjk*, et *szabadság*, *swoboda*, *kiszabadulni*, *wyswoboditi* se etc. Imo etiam proverbium illud: Noctes atque dies patet atri ianua dictis, *szabad a' patak*, *de nem a' palaszk*, *swobodný potok*, *ale ne plosk*, slavicae est originis.

Szablya, acinaces, framea, cet. der Säbel, slav. *šabla*, boh. *šawle*, illyr. polon. et russ. *szablja*. *Szablátska*, *šablička*, *szablitska*.

Szagyán, factum est ex ipso, quod significat, *sagina*.

Szák, rete iaculum, Schöpfnetz, Wurfgarn, est slavicum *sak*, *szak*, idem.

Szakáts, coquus, der Koch, nonne ortum habet ex slav. *sekáč*, sector, Hacker? quatenus coquus secare solet omnia, quae secari debent ad cibos parandos. Hinc *Szakátstábla*, tabula secandis cibis, Hackbret, *sekacý deska*.

Szála, i. e. nagy ház, ebédlő vagy tántzoló palota, est germ. Saal.

Szalad, far tostum, polenta, Malz, certe factum est ex slav. *slad*, boh. *slad*, polon. *szlod*, russ. *szolod*. — Hinc Slavi habent *sládek*, Bierbrauer, Braumeister, *sladomel*, ein Gesell, welcher das Malzmahlen besorgt, *sladowna*, Malzdörre, *sladownjk*, Mälzer, cet. *Szalados*, Malzkuchen, uti descendit *szabados* a *Szabad*, ita *szalados* a *Szalad*.

Szalamia, formatum est ex Salmiak, aut ex lat. *sal ammoniacus*.

Szalánna, *szalonna*, lardum, der Speck, non *derivatur a magy. szelem*, *scindo*, *quasi caro semper scindibilis*, (vide Hungaria in Parabolis p. 52.) neque *trans Tibiscum szelni való* ipsum lardum *vocatur*, (ibid.) verum etiam panis, qui longe saepius scinditur, quam lardum; sed a slav. *slanina*, et quod idem est, *solenina*, polon.

polon. *szłonina*, russ. *szolonina*, illyr. *szlanina; slanina* est a *slaný*, salsus, *soleninà* a *solený*, sale conditus. — Quod alii Slavi dicunt in foem. *solená*, *nasolená*, (quia *szlanina* est gen. foem.) sale condita, id Russi exprimunt *szaljonája*, id quod optime convenit cum *Szalonna.*

Nota. Hinc iudicet Lector benevolus, an *Szalonna pessime derivetur a slav. szlanina*? — *quasi-vero esum illius Maiores nostri a Slavis adoptassent* (vide Hung. in Parab. p. 52.); — an vero tam multae slavicae gentes, etiam a Magyaris remotae, nomen lardi *szlanina* a Magyaris adoptaverint? sed certe Magyari a Slavis adoptarunt, quod facile demonstrari potest, tum ex etymologia vocabuli, ut superius descripsi, tum etiam testimonio virorum doctissimorum, e. g. Faustus Verantius, Dalmata, deducit a dalmatico *szlanina*, qui per Dalmatiam intelligit, uti in Praefatione notavit, totum Illyricum, Croatiam, Bosniam, Slavoniam, Serviam et Bulgariam; sed sufficiat nobis testimonium domesticum, in Gram. Debr. p. 351. Nro 4) et 5) quod etiam in in hocce Elencho videri poterit sub *Kováts.*

Szalma, formatum est ex slav. *slama*, boh. *sláma*, illyr. *szlama*, polon. *szłoma*, russ. *szoloma*, quemadmodum etiam quidam Magyarorum more russico dicunt *szolma*, *szoloma*. Istud iam sufficeret ad demonstrandam slavicam originem vocis *Szalma*; sed dabo adhuc aliud argumentum, nempe: quemadmodum latinum stramen a sterno, et germanicum Streu, Stroh, a streuen; ita etiam slav. *sláma* a verbo *steli*, sterno, *stláti*, sternere, descendit, et originitus quidem esset *stláma*, i. q. steliwo; sed postea, omisso *t*, factum est *sláma*, et ex hoc magyaricum *Szalma*, quod a nulla radice magyarica deduci poterit, uti et *Széna.* —

Sza-

Szalonka, Schnepfe, factum est ex slav. *sluka*, *slauka*, illyr. *szljukva*, polon. *szlonka*, idem.

Szamár, asinus, *Szamárotska*, asellus, (cum quo convenit germ. Esel, et slav. *osel*); sed estne *Szamár* genuinum magyaricum, vel ab Europaeis acceptum? — Otrokotsi Orig. Hung. P. I. pag. 303. deducit ex hebr. *samar*, horruit, et pag: 462. ex *zemer*, camelopardalis; sed nos iure dubitamus, sive ab hoc sive ab illo derivari posse *Szamár*; statuimus potius, vocabulum hoc esse europaeum: nam 1) Slavi etiam dicunt *szomár* et *szamár*, Bohemi autem asinum et equum clitellarium nominant *saumar* (l. szoumar), germ. Saumesel, Saumpferd; 2) Säumen est cessare, cunctari, morari, et pigrum esse, quod asino omnino melius convenit, quam hebr. *samar*, horruit, aut *zemer*, camelopardalis, nam Säumer esset cunctator, piger cessator, et alioquin notum est, asini epitheta esse, piger, segnis, tardus, similia; 3) Praeterea clitellae nominantur etiam *sagma*, et inde asinus clitellarius, *sagmarius*, quod aliqui scribunt etiam *samarius*, ex quo, omissa latina terminatione, nonne existere potuit *Szamár*? — —

Számolya, factum est ex vocabulo Linnaei *Samolus*.

Szamótza, *szàmóltza*, *szimóltza*, rectius scriberetur *zemóltza*, quia formatum est sine dubio ex antiquo sarmatico *zemlanitza*, quo Russi et Illyrii hucdum utuntur, aliae autem gentes slavicae dicunt *zemnica* vel *zemnice*, i. e. zemská gahoda, Erdbeere, fragum, fraga.

Szan, traha, Schlitten, est vox slavica in omnibus dialectis usitata, *saně*. boh. *sáně*, polon. etiam *sánie*, illyr. et russ. *szani*.

Szán-

Szántás, aratio, agricultura, Ackerbau, sine dubio ex radicibus europaeis excrevit, *sa*, *se*, unde Same, *semen*, slav. *semeno*, säen, *seti*, *sýti*, *sjáti*, *serere*, et das Säen, *setj*, *siátj*, *siánie*, *satio*, *seminatio*, vide sub *Aratás*.

Szápol, ama, pala, Grabschaufel, factum est ex germanico Schaufel.

Szapora, auctificus, foecundus, uber, ergiebig, formatum est ex slav. *sporý*, *sporá*, *sporé*, quod apud gentes slavicas significat 1) auctificum, foecundum; 2) parcum, moderatum in sumtu, quatenus parsimonia est auctifica paritque ubertatem atque foecunditatem. Inde etiam *szaporitom*, *spořjm*, et *szaporodom*, *spořjm* se, et reliqua derivata.

Szappan, *sapo*, smegma, die Seife, quemadmodum germ. Seife convenit cum lat. *sapo*, ita plerique Slavorum ex eadem voce habent *szapan*, *sapaun*, *sapúň*, ex quo sine dubio Magyari *Szappan*; quamvis multi in Hungaria, cum Bohemis, Russis atque Polonis dicant etiam *mýdlo*, a *mýti*, lavare.

Szarahora, solivagus, vulgivagus, Slavi etiam nominant eiusmodi hominem *sralhora*, vel etiam *sralhůra*, quod est *Szarahora*.

Szarka, pica, Elster, factum est ex slav. *straka*, quod etiam Bohemi, Croatae, Venedi, cet. *straka* nominant; sed Illyrii *szvraka*, Poloni *szroka*, Russi *szoroka*. Nominatur sic propterea, quod sit varii coloris: adiect. enim *strakatý* et *tarkawý* (*tarka*), significat bunt, scheckig, varius, varii coloris, ex quo subst. *straka*, non solum picam denotat, verum etiam equum varii coloris,

ris, seu scutulatum, Schecke, scheckiges Pferd, qui etiam *strakoš* audit.

Szarni, *szarok*, *szarom*, seine Nothdurft verrichten, necessitatem peragere (merdare), est slavicum *serem*, *sráti*, quod idem significat.

Szatska, stramentum concisum, Häckerling, rectius scriberetur *szetska*: ita enim nominatur apud gentes slavicas, nempe *sečka* (l. *szetska*), a verbo *seči* vel *sekám*, seco, hacke, schneide.

Szajkó, graculus, Holzhäher, ex slav. *sogka* (lege *szojka*), aliquae gentes slavicae dicunt *szoja*, a quo dimin. *szojka*, et ex hocce, per facilem literarum transpositionem formatum est *Szajkó*.

Szátorja, est *satureia*, Linn. Saturei.

Szekernye, cothurnus, ocrea, ein Stiefel, est slavicae originis, formatum ex *skorně* vel *škorně*, polon. et illyr. *szkornye*, boh. *škorně*, cothurni, qui propterea ita adpellantur, quod facti sint ex corio, polon. *szkora*, slav. *kora* et *koža*, boh. *kůra* et *kůže*. Plerique Slavorum, loco antiqui vocabuli *szkornye*, adoptarunt gallicum *boty*, (vide sub *Nadrág*); et nostri Magyari, ex *szkornye* primum fecerunt *szokornye*, postea *Szekernye*.

Szekertze, securicula, factum est ex slav. *sekera*, dimin. *sekerka*, et *szekeritza*, a verbo *sekám*, seco, vide *Balta*.

Szeklitze, carthamus tinctorius, Linn. Saflor, formatum est ex slav. *swětlice*: ita enim nominatur carthamus tinctorius a quibusdam Slavis, inprimis in Hungaria et Moravia, ab aliis *płaný-šafrán*; nostris Magyaris placuit, nescio cur, carthamum istum nominare, praeter *Szeklitze*, etiam *Tót-Sáfrány*, forte, quod Slavi sciant

pul-

pulchrum ex carthamo praeparare colorem, eoque varia lintea atque vestimenta tingere eleganterque inficere. —

Szekrény, scrinium, Schrein, sive ex lat. *scrinium*, sive vero ex slav. *skryň*, *skryně*, derivemus, idem est, magis tamen convenit cum slavico, quod descendit a verbo *krýti*, *skrýti*, *skrýwati*, abscondere, et significat absconditorium, quale est scrinium. Bohemi et Moravi ex verbo *krýti*, *skrýti*, formaverunt *skrýš*, *skrýše*, et *šk̆rjně*, nonnulli etiam *šk̆rich*, Poloni et Illyrii *szkrinya*; etiam diminutiva conveniunt cum slavicis, *szekrényetske*, *szkrinyetska*, *šk̆rjněčka*, et *szekrényke*, *szkrinka*, *šk̆rjnka*.

Nota. Graeci, Latini, Germani et Slavi, tanquam praecipui rami stirpis Japheticae, eorum nempe hominum, qui ex Asia in Europam, antiquissimis temporibus, venerunt, permulta primitiva vocabula habent communia; fit tamen, quod in multis observamus vocabulis, ut in hac vel alia harum linguarum primitivum iam obsoleverit, cum tamen derivativa supersint. Liceat hoc aliquot exemplis comprobare. *Clino*, inusitatum iam est, sed derivata sunt in usu, *acclino*, *declino*, *inclino*, cet. Slavi hucdum habent *klonjm*, cum multis derivatis, imo et Graeci κλίνω, ἐγκλίνω, cet. *Pleo*, apud Latinos obsoletum, tantum in deriv. *plenus*, *plenitudo*, cet. et in compositis, *compleo*, *expleo*, *impleo*, cet. mansit; sed apud Graecos est πλεω cum derivatis et compositis; apud Slavos vero *plnjm*, *plný*, plenus, *plniti*, *naplniti*, *přeplniti*, *splniti*, *wyplniti*, cet. *Sipare* olim exstitisse, elucet ex *siparium*, *dissipare*, *prosapia*, quasi *prosipia*, i. e. progenies, quae quasi dissipatur et hinc inde spargitur; sed apud Slavos est *sypati*, cum permultis derivatis et compositis. Sic etiam κρυπτω apud Graecos, et apud Slavos *krýti*, *skrýti*, permanet cum multis derivatis et comp. sed apud Latinos nonnisi in derivatis *crypta*

pta, *crypticus*, *cryptoporticus* et *scrinium*, ubi graecum *υ*, *y*, in purum *i* transivit.

Szelemen, trabs, transtra, tignum, ein Balke (rectius der Balken), sed istis non indicatur *Szelemen*, Cl. Márton melius habet, der Dachstuhl, quamvis in Lex. Germ. Hung. sub Dachstuhl iam non posuerit *Szelemen*, sed *szarufaállás* et recte quidem: quia *Szelemen* aliud significat, nempe slav. *slemeno*, olim *szlemja* et *szlemie*, nunc in Bohemia, Moravia et magna parte Hungariae *slemeno*, neutr. in alia parte Hungariae *salamen*, *szlemen* et *szelemen*, masc. gen. in Illyrico *szlime*, germ. Grathsparren, canterius.

Szeléndek, *szelindek*, non canis domesticus, neque molossus, neque Schäferhund, neque Fleischhauerhund; sed canis sagax, canis investigator, Spürer, Spürhund, quia factum est ex slav. *slédnjk*, boh. *sljdnjk*, quod descendit a verbo *slédjm*, boh. *sljdjm*, spüre, nachspüre, investigo, hinc adiect. *slédný*, *sljdný*, et subst. *slédnjk*, *sljdnjk*: nam primitivum *sled*, a quo in omnibus slavicae linguae dialectis permulta sunt derivata, est vestigium, die Spur.

Szelentze, Cl. Márton habet der spanische Holunder, syringa vulgaris, alii pyxis, thecula, Büchse. Quidcunque sit, slavicae originis erit: in priori enim significatu factum est ex *zelenec*, genit. *zelence*, quo slavicae gentes quasdam herbas, quae semper virent, nominant, e. g. vincam, pervincam, buxum, etc. et sine dubio alicubi etiam syringam vulgarem, ob viriditatem; in posteriori omnino bene esset positum, si additum fuisset *salaria* (pyxis), et ad germ. Salz-(büchse): quia *Szelentze* in hocce significatu fa-

ctum

ctum est ex *slanice* aut *solnice*, quod plerique Slavi etiam Bohemi atque Moravi, exprimunt *slánka*, *sláníčka*, *solnička*, Illyrii *szolenicza*, Poloni *szolnicza*, Russi *szolonka* et *szolonitza*, salinum, Salzfaß, Salzmeste, derivantur autem ista a *sol*, sal, Salz.

Szelíd, mansvetus, mitis, cicur, gelind, zahm, dubito ex radice *szél* formatas esse voces *szeléndek* et *szelíd*, vide Gram. Debr. p. 285. verum potius existimo, prius factum esse ex slavico *slédnjk*, *sljdnjk*, ut comprobavi, posterius vero compositum esse ex praep. *se*, *s*, cum, et *lidé*, homines, — *se lidmi*, *s lidmi*, cum hominibus scil. assvetus, ideo dicitur etiam domitus, a domo, ubi homines habitant, inde adiect. *slidný*, uti *wlidný* vel *wljdný*, comis, humanus. Radix itaque est *lid*, plur. *lidé*, die Leute, cui tantum praep. *se*, *sze*, addita est, exstitit *Szelíd*, Leutselig.

Szem, oculus, das Auge; 2) *semen*, Samenkorn, in primo significatu est omnino genuinum magyaricum, ex Asia adlatum: quia etiam in aliis scythicae originis linguis, exigua cum mutatione, reperitur, e. g. in Esthnica *szilm*, in Fennica seu finnica *szilmae*, in Lapponica *tjalme*, in Finnmarchia Danica, *zhialmbe*, etc. sed in significatu posteriori est sine dubio europaeum, *semen*, der Same, *semeno*, olim *szemja*, quo hucdum Russi et multi Slavorum Pannonum utuntur, Samenkorn, dimin. *szemjatsko* et *szemjetsko* dicentes.

Szemét, quisquiliae, Kehricht, factum est ex slav. *smeti*, plur. boh. etiam *smeti*, polon. *szmieczi*, illyr. russ. *szmetje*, a verbo *metu*, verro, kehre, et compositum cum *s smetám*, converro, everro, unde

unde *smeti*, sed dicitur etiam in sing. *smet*, id, quod everritur, ex quo interposito *e*, exstitit primum *szemet*, postea elegantius *Szemét*.

Széna, foenum, Heu, est slavicum *seno*, gen. *sena*, in omnibus dialectis, tantum in polonica *siano* et *sieno*. Quemadmodum autem german. Heu, Häu, venit a hauen, secare, ita etiam a slav. *seči*, seco, et *sécy*, secare, venit *sečeno*, contracte *sena*.

Szent, sanctus, heilig, omissa ex *Sanctus* terminatione *us*, manet *Sanct*, ex quo Magyari facile formare potuerant suum *Szent*, aut facilius ex sarmatico *szvent*, omisso tantum *v*, est autem istud, exigua cum mutatione, in omnibus dialectis linguae slav. polon. *szvienty*, russ. *szviaty*, illyr. *szveet*, boh. *swatý*, sed in comparativo *swětěgšj*, unde licet colligere, Bohemos olim etiam habuisse *szveet* vel *szvent*.

Szententzia, Urtheilspruch, est lat. *Sententia*.

Szerda, *Szereda*, dies Mercurii, feria tertia, est slavicum *středa*. Si *Szerda* a Persico Mago Zoroastre (qui vix unquam *Zerdus* vocabatur, et de quo omnia sunt controversa, dicitur tamen vixisse circa annum Mundi 1800.), descendit, uti auctores Gram. Debr. p. 301. asserunt: „*Szereda*, ama régi Persiai Magus Zoroaster-„röl, vagy *Zerdustról*, lásd Leibnitz in Theo-„dicea:" — unde, quaeso, derivabitur *Tsötörtök* er *Péntek?* — Quodsi Leibnicius slavice scivisset, et ei sarmatica *Szreda* vel bohemica *Středa*, illyrica *Szrida*, polonica *Szrzoda*, et russica *Szreda* nota fuisset: certe nobiscum professus fuisset, magyaricum *Szerda* esse slavicae origini, et quidem 1) quia sarmaticum *szred*, russ.

szre-

szredina, boh. *střed*, est medium, media pars, et compositum *prostřed*, *prostředek*, idem, inde *szrednj*, *střednj*, *prostřednj*, medius, et *Szreda*, *Středa*, media septimana, quae recte ideo, quod sit media, die Mitte, etiam germanice dicitur Mittwoche; 2) quia omnes gentes slavicae originis hac voce utuntur, cum exigua diversitate, cum tamen de gentibus Scythico-Jugoricae originis sciamus, nullam earum habere vocem *Szreda*, neqne habere posse, nisi, qua iam conversi, eam a Slavis didicissent; 3) quia Slavi prius sacra Christiana acceptarunt, et feriis septimanae commoda nomina indiderunt, a quibus Magyari cum Religione Christiana etiam ista et alia nomina acceptarunt, vide *Karátson*.

Nota. Germani ad fidem christianam conversi, retinuerunt nomina ethnica fere in omnibus septimanae feriis, excepta media et sexta (quamquam etiam Samstag nescio an sit a Sabbath, vel a Saturno); sed Slavi conversi commoda indiderunt nomina iisdem feriis: nam *Neděle* (dies Solis, Sonntag), est dies quietis, a *nedělati*, i. e. non laborare, vel quiescere; *Pondělj*, plene *Poneděljj* (dies Lunae, Montag, Mondtag), est dies post diem quietis; *Uterý* ab antiquo *wtorý*, alter, est altera seu secunda dies post diem quietis (dies Martis, Dienstag); *Čtwertek*, a *čtwertý*, quartus, quarta dies post diem quietis (dies Jovis, Donnerstag); *Pátek*, a *pátý*, quintus, quinta dies etc. (dies Veneris, Freytag).

Szérdék, zusammen geronnene Milch, lac coagulatum, formatum est ex slav. *sýr*, caseus, *syřenj*, coagulum lactis, *syřjm*, coagulo.

Szetska, Häckerling, Häcksel, est genuinum slavicum *sečka*, a verbo *seči*, *sécy*, secare, et

Szetskamettzö, *sečkář*, vide *Szatska*.

Szi-

Sziget, insula, Insel, derivatur quidem in Gram. Debr. p. 282. a radice *szeg*, *szeget*, postea *Sziget;* sed gentes slavicae, utut *ostrow* habeant, etiam dicunt *sziget*, *szogot*, *syhoť*, a *suchý*, siccus, etc. —

Szikár, hager, mager, aridus, siccus, videtur descendere a *siccus*, uti etiam

Szikkadni, trocken werden, a *siccari*, et

Szikkasztani, trocknen, auftrocknen, a *siccare.*

Szikla, Fels, formatum est ex slav. *skála*, interposito inter duas consonas initiales *i*, et omisso ex medio *a.* —

Szikra, der Funke, scintilla, istud formatum est aut ex antiquo sarmatico *sziszkra*, quo nunc pauci iam utuntur, aut ex recentiori *iszkra* vel *giskra*, quorum prius Russis, Polonis, Croatis, Illyriis, posterius Bohemis, Moravis, cet. in usu est.

Szikrátska, dim. est etiam slav. *iszkritska*, *giskrička.*

Sziléne, est ipsum, quod significat, *Silene*, Linn.

Szilva, prunum, Pflaume, est slav. *sliwá* in omnibus linguae slavicae dialectis usitatum *szliva* et *sljwa*, inde *sliwowica*, *sligowica.* —

Szimbora et *szimborálok*, consortium et paciscor, quod etiam *tzimborálok* scribitur, videtur ex sarm. *sobor*, *szobor* et *szobora* ortum habere, quod Bohemi dicunt *zběř*, Germani Gesindel, i. e. consortium nequam hominum; derivatur vero a *beru*, accipio, compositum cum *s* vel *se*, *sberu* vel *seberu*, russ. *soberu*, colligo inde *sebránj*, *szobranie*, collectio, et de hominibus conventus, consortium, de malis autem hominibus *sběř* vel *zběř;* habent quidem etiam *zbor*, russ. *szobor*, sed hoc tantum de coetu et conventu hominum in bono significatu adhibetur.

Szin

Szín, atrium, porticus, der Schoppen; 2) scena, nubilarium, Laubhütte, Laube, est slav. *sýň*, apud gentes slavicae originis etiam plura significans; scribitur autem *syň*, *sýň*, *szien*, *szieny*, *szienya*.

Szita, cribrum, incerniculum, Sieb, est slav. *syto*, genit. *syta*, in omnibus dialectis, tantum in boh. *seyto* vel *sýto*; ex quo descendunt *szitakötö*, *szitálás*, *szitálni*, *szitás*, i. e. *sytár*, *sýtař*, *sýtkář*.

Szittyó, Binse, iuncus, est etiam slav. *syti*, *szytyá*, cet. idem.

Szkófia, *Szkófiom* vel *Szkófium*, ex graeco *Episcopium*, infula, mitra, ciclaris, Gram. Debr. p. 337. vide *Skófium*.

Szó, verbum, vox, Wort, cet. Fausto Verantio, aliisque adfirmantibus, descendit ex slav. *slowo*, primum factum est *szovo*, postea *szoo*, nunc *szó*.

Szoba, hypocaustum, Zimmer, aut ex germ. Stube, aut slav. *isba*.

Szokmány, sagum villosum, et *Szoknya*, tunica longa muliebris, rectius toga, Weiberrock, utrumque descendit a *sukno*, pannus, inde *sukňa*, boh. *sukně*, illyr. *szuknya*, stola, toga et *suknička*, castula, togula, *Szoknyátska*. —

Szolga, servus, famulus, Diener, Knecht, factum est ex slav. *szluga*, quod in usu est apud omnes gentes slavicas, tantum in Bohemia, Moravia et Hungaria dicitur *slauha* et *sluha*. Ex *Szolga* autem proveniunt composita, *Szolgabíró*, *služný*, *služnodworský*, ex slav. *szluga*, et magy. *biró*; *Szolgatárs*, Mitdiener, vide *Társ*; derivata vero plura, *szolgálat*, *služba*, *szolgálni*, *slaužiti*, *szolgáló*, *slaužicý*, *szolgáltatni*, *w službu dáti*, *szolgaság*, *služebnost*, cet.

Szól-

Szóllani, *szólni*, reden, sprechen, a *Szó*, *slowiti*, a *slowo*, vide *Szó*.

Szolosma, aliis *Solosma*, sacrificium, factum est ex *Celeusma*.

Szomántz, crusta, gypsum, vernix, vide rectius *Zamántz*.

Szombat, dies Sabbathi, est quidem hebraicae originis a שַׁבָּת, cessatio, quies; sed quoniam antiqui Sarmatae dixerunt *Szambota*, *Szombota*, moderni Slavi *Szobota*, et Magyari a Slavis adoptarunt *Szerda*, *Tsötörtök*, *Péntek*: hinc non est dubium, eos etiam *Szombat* ab iisdem Slavis acceptasse, nec obstat, quod Otrok. P. II. p. 207. dicat, *Szombat* esse antiquissimum vernaculum vocabulum hung. magyaricum; cum scire possimus, et istud et reliqua similia Magyaros tandem cum Religione Christiana didicisse et adoptavisse.

Szomszéd, vicinus, der Nachbar, factum est ex slav. vel antiquo sarm. *szomszied*, boh. *sawsed*, slav. in Hungaria *súsed*, illyr. *szuszed*, russ. *szoszied*, polon. *szongszied* vel *szomszied*; *súsed* vel *sawsed* compositum est ex praep. *sú* vel *sau*, i. e. spolu, con, cum, et verbo *sedjm*, sedeo, quasi considens, simul sedens, i. e. vicinus.

Szuba, chlaena, ein Uiberkleid, ex slav. *šuba*, boh. *čuba*, vide *Suba*.

Szugoly, aliis *Zugoly*, angulus, Winkel, est slav. *ugol*, compos. cum praep. *s*, con, cum, quasi coangulus seu angulus collateralis: pleraeque gentes slav. dicunt cum Russis *ugol*, et Slavi in Hungaria *uhol*, sed Bohemi *uhel*.

Szukmány, gausape, zottiges Kleid, ex slav. *sukno*, vide *Szokmány*.

Szu-

Szulák, clematis vitalba, die gemeine Waldrebe, factum est ex slav. *swlak*, *sauwlak*, *súwlak*, *swlačec*, convolvulus, a verbo *wleku*, *wláčjm*, traho, volvo, quod herba illa volvatur, convolvatur, ideo latine dicitur etiam convolvulus.

Szúlok, lonicera, caprifolium, Geißblatt, etiam ex praecedenti factum esse videtur, quod sit quasi species quaedam convolvuli, et per quosdam, inprimis Polonos, pronuncietur *Szúvlok*.

Szurdék, et *szurdok*, angulus, latebra, Schlupfwinkel, etiam Slavi dicunt *szurdek*, *szurdjk*, *szurdok*, et

Szuszék, cumera, granarium, Getreidekasten, Schüttboden, slav. *sýpka*, boh. *seypka*, compos. cum praep. *s*, *se*, *sú*, *sau*, *sesýpka*, *súsýpka*, *sausýpka*, a verbo *sypati* (*sipare*, obsoleto), schütten, et *sesýpáti*, *sausypati*, zusammen schütten, ex hocce *szúszypka* factum est primum *szúszypk*, postea *Szuszék*.

Szűts, pellio, Kirschner, descendit a slavico *šiwec*, seu *šwec*, sutor a *šjti*, suere.

Szömörtsög, aliis *szömörtsök gomba*, phallus esculentus, Maurache, Morchel, factum est ex slav. *smrček*, russ. *szmortsok* et *szmrotsok*, boh. et morav. *smrže* et *smeržek*, idem. Cum autem aliquae gentes slavicae pronuncient *szmertsek*, aliae *szmortsok*, inde ortum est *Szömörtsök*.

Szőr, pilus, factum est ex slav. *srst*, pol. *szierszt*, russ. et illyr. *szerszt*, mutato *e* in *ö*, et omissis finalibus *szt*.

Szövés, textura, et *szövök*, texo, nonne a *swigi*, *swjti*, aufwickeln, aufwinden, aut a *snugi*, *snowati*, zetteln, Garn aufziehen, stamen ordiri; texturae stamen ordinare? — Siquidem *Takáts*

a

a slavico *tkáč* ortum habet, sine dubio et ista, quae textor facit, formata sunt ex slavicis.

Szövétnek, lucerna, fax, die Fackel; 2) candelabrum, lychnuchus, Leuchter, factum est ex slav. *swjtnjk*, *szvietnik*, a verbo *swjtjm*, luceo, boh. *swjcen*, *swjcnjk*, a *swjce*, candela, russ. *szvietsnik*, der Leuchter.

T.

Tábla, die Tafel, est ipsum latinum *tabula*.

Tábor, castra, Lager, slavicae gentes, in Hungaria, Illyrico, Bohemia, Polonia, Russia, cet. castra etiam nominant *Tábor*.

Tafota, germ. Taffet, slav. boh. *tykyta*, russ. *tafta*, slav. *tafota*.

Tagadni, läugnen, negare, Faustus Verantius asserit, *tagadni* formatum esse ex illyrico *tayati*, slav. boh. *tagiti*.

Takáts, textor, Weber, est genuinum slav. *tkáč*, illyr. *takáts*, a verbo *tkám*, illyr. *takám*, texo, a quo Slavi Bohemi, Moravi, Pannonii dicunt *tkáts* et *tkadlecz*, Poloni et Russi *tkáts*, Croatae cum Venedis in Carinthia, Carniolia, cet. *tkallacž* loco *tkadlacz* vel *tkadlecz*, Illyrii *takáts*, imo ipsi etiam Luneburgici et Megalopolitani Venedi *takáts*, vide *Slovanka Dobrowský* P. II. pag. 227.

Tákó, i. e. biliárdpáltza, der Tako.

Takszli, canis vertagus, Dachshund, vulgo Dachsel, inde *Takszli*.

Taktika, die Taktik, est ipsa *tactica*, a *tango*.

Tálentom, das Talent, est graeco-latinum *talentum*.

Taliga, *talyiga*, cisium, birotum, der Karren, etiam Slavi dicunt *taliga*, *taliha*, etiam *kára*, *káry*, i. e. carrus birotus, Karren, — Russi *talega*, *telega*, inde diminut.

Talitska, carrus trusatilis, unirotum vehiculum, Schubkarren, slav. etiam *talička* vel *tališka*, russ. *teležka*, morav. *táčky*, sine dubio contractum ex *táličky*, bohem. *kotauč* et *kolečko*, propter unam rotam.

Tallér, *thallerus*, seu Vallensis Ioachimicus, a germ. Thal, seu valle Ioachimica, ubi primum eiusmodi numi signati sunt, Thaler.

Tályog, abscessus, suppuratio, profluvium puris, Eiterung, Eiterfluß, sine dubio ex slav. formatum est, quo in Hungaria, Moravia, Bohemia, cet. utuntur, nempe *tálow*, suppuratio, cet.

Taniszra, *taniszta* et *tarisznya*, Tanister, Tornister, slav. *tanistra*, formatum est sine dubio ex graeco *kanistron*, vel lat. *canistrum*.

Tántz, saltatio, der Tanz, *Tántzház*, der Tanzsaal, ex Tanzhaus, *Tántzmester*, est der Tanzmeister,

Tántzolni, tanzen, slav. *tancowati*, cet. Sine dubio Magyari olim dicebant *ugrani*, uti Illyrii hucdum *igrati*, non *tancowati*, quod Slavi ita, uti Magyari *Tántz*, *tántzolni*, cet. a Germanis adoptarunt.

Tanya, locus piscaturae, et Cl. Márton, der Aufenthalt, besonders der Hirten; sed utrique et piscatores et pastores pecuarii dicunt *Tanya*. Otrokotsi Orig. Hung. P. II. p. 246. deducit *Tanya* ab hebr. *tene*, (cur non a germ. Tenne?) — quod corbem, item vas aliquod designat, et inde deducit, *Tanais*, quasi *Tanaviz*; — sed longe melius et convenientius deducitur ex slav. *stanja*,

i. e.

i. e. statio a verbo *státi*, stare, unde Bohemi habent *stánj*, reliqui omnes, qui slavica lingua loquuntur, aut *stanja*, aut *stanje*, ex quo nostri Magyari, concursum consonantium non amantes, omisso initiali *s*, formarunt *Tanya*; imo plerique Slavorum in Hungaria prouti Magyari dicunt *tanja*, Russi *tonja*, quamvis *tona*, *tonja*, boh. *tůně* (l. tuonye), altum, profundum locum, die Tiefe, nonnunquam etiam Tümpfel, gurges, vorago, significet. Quidquid sit, *Tanya* longe facilius et commodius deducitur ex slav. *stanja*, quam ex hebr. *tene*, inprimis cum Slavi hucdum nominent locum illum, ubi piscatores aut pastores subsistunt, *stanja*, boh. *stánj*, statio; Standort, et apud Magyaros idem significet *Tanya*, quod apud Slavos *stanja*, *tanja*.

Tányér, *talnyér*, orbis, discus, cet. der Teller; etiam Slavi dicunt *tanjr*, *tanjér*, aliqui *talér*; Bohemi *talíř*, Poloni *talerž*, Russi *tarélka*, etc.

Taratzk, colubrina, Schlangenwurz, Cl. Márton; die Feldschlange, das Feldstück; sed in utroque significatu slavicae videtur esse originis, nempe in priori ex *trsk*, quod aliqui *tarsk*, alii *taraszk* et *taraszka*, alii denique *trusk* et *truskáwec* exprimunt, et polygonum apud eos significat; in posteriori autem, cum tormentum significat (russ. poljovája puska), ex *traszk*, *tresk*, i. e. fragor, ita, uti *buska*, *puska*, a *buch*, *puh*.

Targontza, Schubkarren, etiam slavicum etymon redolet, quia videtur formatum esse ex *targovnitza*, *trhownica*, a nomine *targ*, *trh*, i. e. mercatus, nundinae; forum, ubi varia venduntur, et eiusmodi carrus trusatilis commodius est devehendis rebus vendendis ad forum.

Tarh, *tarha* et *tarhó*, oxygala, rectius *taroh*, ex slav. *twaroh*, Käsequarg.

Tarhonya, geriebener Teig, cet. non derivatur a *tarh*, *tarha*, vel *tarhó*, verum a slav. *trhanja*, a verbo *trhám*, reiße, zerreiße, rumpo, scindo, et per quosdam *trhané těsto*, *trhance*, per alios *trhaňa*, *trhaně*, et per nonnullos, inprimis in Hungaria, uti magyaricum exprimitur, *Tarhonya*.

Tarka, bunt, gefleckt, variegatus, varius, slav. *tarkawý*, *strakawý* et *strakatý*, vide *Szarka*.

Tárkony, *dracunculus* esculentus, artemisia *dracunculus*, ex *dracunculo* Germani fecerunt Dragon, et ex hoc Magyari *Tárkony*.

Tárnok-mester, Tavernicus, contractum est ex *Tavernicalis magister*; et hoc nonne factum e slav. *towar*, *Towarnjk?* idem fere notante, quod poklad Pokladnjk.

Társ, socius, sodalis, Gesell, contractum est ex slav. *towaryš*, id quod etiam Faustus Verantius affirmat, ex dalmatico *tovaris*.

Tarsoly, aliis *tassoly*, ascopera, vidulus, Säbeltasche, formatum est ex ipso germ. Tasche, Täschlein. —

Táska, das Säckel, die Tasche; 2) Taschkerl, rectius Täschchen, Täschlein, Mehlspeise, cibus e farina seu pastillus crumenae similis. — Potest quidem etiam istud ex germ. Tasche derivari; sed quoniam Slavi et crumenam et pastillum e farina crumenae similem *taška* adpellant, et inde nebulonem manticularium, Beitelschneider, *taškář*, nominant, atque hocce magyar. *Táska* simillimum est slavico *taška*, non dubito Magyaros id a Slavis acceptavisse.

Tatárka, Heidekorn, vide *Pohánka*.

Tatskó, canis vestigator, Spürhund, rectius canis auceps seu aviarius, quia formatum est sine dubio

bio ex slav. *ptáčkow*, *ptáčnjk*, aut *ptačj pes*, canis auceps vel aviarius, omisso nempe initiali *p*, et formata magyarica terminatione, *ó*, exstitit *Tatskó*.

Tégely, catillus figlinus, est germanicum Tiegel.

Tégla, later, Ziegel, slav. *tegla*, *têhla*, morav. *tihla*, boh. *cyhla*, polon. *cegla*, cet. quae omnia conveniunt cum latino *tegula*. Magyari autem, si non ex germ. Ziegel, vel slav. *tegla*, certe fecerunt ex latino, uti ex *tabula Tábla*, ita ex *tegula Tégla*.

Téka, repositorium, der Schrank, est graeco-latinum *theca*.

Telek, frutetum, ager incultus, cet. das Grundstück, formatum est ex slav. *djelek*, *djlek*, *padělek*, a *djl*, pars, Theil, et inde verbum *děljm*, *poděljm*, divido, et significat campum, qui incultus erat, sed inter colonos divisus est, ut eum colant, et illa particula, quam quilibet obtinet colendam, vocatur *djelek*, *djlek* et *padělek*, omnes autem simul nomen gerunt in plurali *djelky*, *djlky*, *djly*, et *padělky*, ex *djelek* puto factum esse magyaricum *Telek*.

Templom, die Kirche, est latinum *Templum*.

Tendenevér, vespertilio, est idem, ac *Denevér*, sed cum slav. articulo *ten*, ille aut is, idem etiam *Tenevér*, vide *Denevér*.

Tengem, sehr elend leben, misere degere, victitare, ex lat. *degere*.

Tengelitz et *tenglitz*, acanthis, carduelis; acanthis est *Tsiz-madár*, slav. *čjž*, *čjžek*; sed carduelis est *Tengelitz*, *tenglitz*, quod est europaeum, nam non solum Germani habent Stieglitz, verum etiam Slavi et quidem antiqui Sarmatae *stenglicz*, *stenglicsek*, Illyrii *stigljacz*, Croatae *steglicsek*,

Bo-

Bohemi *stehljk*, *stehljček*, Russi *stseglen*, *stseglenok*, Poloni *stsigiel*, *stsieglitz*, ex quibus Magyari omisso tantum *s* ab initio, formarunt *Tenglitz*. —

Tenkely, Dinkel, Spelt, triticum spelta, Linn. Istud frumentum apud plerasque nationes slavicas vocatur *tenkel*, apud Bohemos *špalda*, a *spelta* vel Spelt, apud Russos pure slavice *polba*. Dinkel vero existimant aliqui ex graeco *dikokkos* corruptum esse, quia quasi bifidum est, et in utraque spicae parte duo grana simul sunt, vide Adelung Wörterb. sub Dinkel; sed longe certe rectius atque commodius deducitur ex slav. *tenký*, tenuis, subtilis, cum revera sit triticum tenuius et subtilius alio tritico, cui tamen est simile, et russicum *polba* etiam recte exprimit eius indolem, quasi semitriticum, quod sit tenuius alio: hinc non dubito, tum Germanos suum Dinkel, tum etiam Magyaros *Tenkely* accepisse a Slavis, qui eis vendebant suum *tenkel*.

Ténta, atramentum, est germ. Dinte vel Tinte.

Tepsi, *tepszi*, *tepszia*, sartago serviens assando vel calefaciendo, i. e. Bratpfanne, Wärmpfanne, etiam Slavi dicunt *têpša*, *ťapša*; sed unde vocabulum hocce derivandum sit, non liquet, nisi forte a *tepidus*, *teplý*, inde *tepljm*, *tepesco*, unde facile potuit formari *tepluša*, vulgo *têpluša*, contracte *têpša*, quod facile etiam in *ťapša* degeneravit. —

Tergely, Cl. Márton, der Hochschauer, cobitis, aliis *tergélye*, orsófarkú hal, perca, asper, der Streberbarsch, Slavi plerique dicunt *ostráč*, i. e. acutus, asper, reliqui *tergel*, *trhel*, a verbo

trhám,

trhám, *trhám* se, rapior, et significat piscem rapidum, qui vehementer se movet et eripit.

Tergenye, sarcina, Bürde, mox sequetur *terh*, slav. *terha*, *těrcha*, *těrucha*, onus, moles, unde facile deducitur *těrchowna* vel *těrchyně*, sarcina, cui onus est impositum (vide Gram. Debr. p. 289).

Terh, *tereh*, onus, moles, die Last, est slav. *terha*, *těrcha*, boh. *tjž*, *těžkost*, hinc *terhelni*, *těrchati*, *těrušiti*, *obtěrchati*, tjžiti, obtjžiti, *terhes*, gravidus, onerosus, *těrchawý*, těžký, obtjžný, gravida, *těrchawá*. (Ibid.)

Terjék, der Theriak, *Theriaca*.

Terpentinfa, der Terpentinbaum, slav. *terpentýn*, et *Terpentinolaj*, Terpentinöhl, *terpentinowý oleg*.

Tésla, temo, pertica iugalis, Deichsel. *Tešla* quidem est genuina vox slavica, a verbo *teši*, ascio, et significat asciam; sed hic *tésla* aliud est, nempe temo, et formatum est ex germ. Deichsel, ex quo etiam Poloni fecerunt *dyssel*, et Russi *dislo*, cum tamen reliqui Slavi habeant *oje*, neutr. et Bohemi *og*, *wog*, foem.

Nota, Adelung deducit Deichsel ab obsoleto Dak, Tak, ex quo, inquit, in lingua slavica adhuc superest *tyč*; sed hoc ille facit tantum per coniecturam, dicit enim: „das Stammwort scheinet ein veraltetes „Dak, Tak, zu seyn, wovon noch im Slavischen *tyč* „einen Pfahl (palum) bedeutet;" sciendum tamen, slavicum *tyč*, non solum palum, aliter *kůl*, verum etiam Stange, perticam, significare, ergo etiam perticam iugalem: hinc iudico Deichsel potius derivandum esse a slav. *tyč*, quam ab obsoleto Dak; nam ex *tyč* dimin. est *tyčka*, et Germani antiqui loco *ka* posuerunt *el*, dixeruntque *tycel*, cum tempore *tyssel*, *dissel*, *disl*, uti Hollandi hucdum dicunt *dyssel*. Sine dubio etiam antiqui Germani in Hungaria dixerunt dyssel, *tissèl*, imo vulgo *disla*, *tisla*, et inde ortum est magyar. *Tésla*.

Testá-

Testálás, das Testament machen, *testálni*, testiren, *Testamentom*, das Testament, cet. omnia ex lat. *testari*, *testamentum*.

Tészta, massa, der Teig, est genuinum slav. *těsto*, quod Bohemi et Russi, imo et Illyrii, pariter exprimunt *těsto*, Croatae, Venedi et aliqui Illyrii, e. g. in Dalmatia *tiszto*, Poloni *ciaszto*, et nonnulli Slavorum in Hungaria *cesto*: sic etiam *tésztátska*, est dimin. *těstečko*, (vulgo *těsťdtsko*.) —

Teve, Kameel, camelus, etiam Slavi in Hungaria, Illyrico, Croatia, cet. dicunt *tava* vel *tewa*, *ťawa*, *těwa*; sed Bohemi et Poloni *welblaud*, Russi *werblud*, camelus.

Tiló, rectius *tirló*, quia formatum est ex *trlo*, boh. *trdlo*, *trlice*, *trdlice*, die Breche, frangibulum cannabinum, a verbo *tru*, tero.

Nota. Totum frangibulum vocatur *trlice*; sed pistillum, quod manu servatur in frangendo, vocatur *trlo*, *trdlo*, quod quidam Slavorum *terlo*, alii exprimunt *tirlo*. —

Timfü, der Kundel, et

Timiánfü, Thymiankraut, est graeco-latin. *Thymus*.

Timporálás et *timporálom*, sunt ipsae voces latinae, parum immutatae, *temperatio* et *tempero*.

Tintsödöm, antiqu. pro hizni kezdek, pinguesco, ich fange an fett zu werden, reputatur pro antiquo, sed formatum est sine dubio ex slav. *tučnjm*; *tučněti* et *týti*, pinguescere: nam *tučný*, *tylý*, *wytylý*, est fett, feist, inde *tučnjm*, ex quo nostri Magyari, per metathesin, fecerunt primum *tüntsöm*, postea *tüntsödöm* vel *tintsödöm*, uti *tisztitom*, *tisztogatom*, ex *čistjm*, quae mox sequentur.

Tipoly, die Schnacke; est *Tipula*.

Ti-

Tisza, Tibiscus, slav. *Tisa*, et

Tiszafa, Tachsbaum, taxus, est slav. *tis*, quod apud omnes slavicas gentes *tis* audit., tantum apud Polonos *cis*, loco *tis*.

Tiszt, honos, officium, munia, der Beamte, Offizier, die Schuldigkeit, cet. in Gram. Debr. p. 301. asseritur: *Tiszt* primum potuisse significare decurionem, *Tiszt*, qui inspicit decem militibus, postea vero ad varia munia et officia transire; sed, sine dubio, Magyari ex slavico *čest*, honos, ita formarunt *Tiszt*, uti ex *čistý*, *á*, *é*, *tiszta*, quod postea ad munia et officia, honoris gratia, transivit: inde *tisztelem*, *ctjm*, aut *ctitelem* gsem, honoro, *tisztelés*, *čtěnj*, honoratio, ac *tisztelendö*, reverendus, et reliqua.

Tiszta, purus, mundus, castus, rein, factum est ex slav. adiect. trium term. *čistý*, *č i s t á*, *čisté*, quod idem significat. Sic etiam

Tisztesfü, Gliedkraut, sideritis, ex slav. *čistec*, nota herba, et

Tisztitom, *čistjm*, purgo, et reliqua plura.

Titulálni, *titulus*, betiteln, der Titel, sunt latina *titulus*, etc.

Tivador, Theodor, est *Theodorus*.

Tivornya, factum est ex *Taberna*.

Tobák, der Tabak, vulgo Tobak, Nicotiana *Tabacum*, vide *Dohány*.

Tobiashál, der Tobiasfisch, est Ammodytes *Tobianus*.

Tód, der Bastardeisvogel, est *todus*.

Tóga, est ipsa *toga*, et *tógás*, *togatus*.

Tolmáts, interpres, Dolmetsch, Dolmetscher, ex slav. *tlmač*, *tolmač*, boh. *tlumač* et *tlumočnjk*, polon. *tlumacs*, illyr. *tomacs*, croat. *tumacs* (loco *tolmats* et *tlumats*, nam *l*, per errorem, utrobique

est

est exmissum), russ. etiam *tolmats* — quod est simillimum magyarico *Tolmáts.*

Nota. Quaeritur, an Magyari a Germanis, vel vero a Slavis acceperint suum *Tolmáts*, et cuius sit originis? — Celeb. Adelung scribit, se hocce vocabulum primum apud Henricum Frauenlobium, sec. XIV. invenisse, *Tolmetsch*, et apud Hornegkum *Tulmach*; sed originem eius adhuc esse incertam, pro vero simillima autem ponit a verbo polonico *tlumatcziem.* — Haec ille; ego vero repono: non a polonico solum, verum in genere a slavico, ponere debuisset, nullum enim mihi superest dubium, *Tolmats* esse slavicae originis. Nam Germani, praeter Germaniam superiorem, ubi olim plures, quam nunc, Slavi habitabant, nullibi dicunt Dolmetsch, et quia etiam isti primum dicebant *Tolmetsch* et *Tulmach* (loco *Tulmats*), nihil dubito, eos vocem hanc a Slavis didicisse: in Germania enim inferiori, et in Dania atque Svecia vocatur *Tolk* et *Tolke*, in Islandia *Tulkr*, in Hollandia *Taelmann*, *Taelspreker*; apud Slavos autem, omnibus in dialectis, exigua cum diversitate, hocce vocabulum reperitur, *tlmač*, *tolmač*, *tlumač*. Russice non est *Tolk*, uti scribit Adelung, quia *Tolk* est svecicum, russicum autem *Tolmatsch* seu *Tolmáts.* Derivo autem vocem hanc ex antiquo *tlma*, nunc *tlama*, Maul, bucca, quod in bono et in malo significatu, uti apud Germanos Maul, accipi solet, ex quo provenit *tlmač*, *tlamač* et *tlampač*; *tlmač*, ex quo aliqui fecerunt *tlumač*, alii *tolmač*, significat interpretem; sed *tlamač* et *tlampač*, garrulum, loquacem, Plauderer. Hinc *tolmátsolás*, das Dolmetschen, est *tolmačenj*, *tlumačenj*, et *tolmátsolni*, dolmetschen, *tolmačiti*, *tlumačiti.*

Tompa, hebes, stumpf, ex adiect. trium term. eoque antiquo sarmatico, *tompý*, *tompá*, *tompé*, qualem pronunciationem Poloni hucdum amant, *tempý* dicentes; sed reliquae gentes slavicae iam nunc dicunt *tupý*, *á*, *é.* — Secunda terminatio etiam hicce placuit Magyaris, quemadmodum in

drá-

drága, *kurta*, *tiszta*, et aliis. Ex *Tompa* derivantur *tompaság*, *tompost*, *tupost*, *tompitni*, *tompiti*, *tupiti*, et *tompúlni*, *tompěti*, *tupěti*, ſtumpf werden.

Tonna, batus, orca, die Tonne, slav. *tonna* et *tuna*.

Tonya, antiqu. lacus, ein Teich, habet Páriz Pápai. Antiquum est omnino, *tona*, *tonja*; sed non scythicum, verum sarmaticum seu slavicum, boh. *tůně* (l. *tuonye*), et significat profundum in aqua, ubi homo potest submergi, a verbo *tonu*, mergor, submergor, verſinke, hinc etjam Tümpfel, gurges, vorago. —

Tónya, factum est ex *Hottonia*, omissa syllaba prima *Hot*. —

Topánka, die Topanke, slav. *topánka*, dual. *topánke*, plur. *topánky*.

Toplitzás, uliginosus, moraſtig, ſumpfig, Páriz Pápai asserit, esse vocem siculicam, per consequens antiquam scythicam, quia Siculi putantur esse reliquiae antiquorum Scytharum, ideo vocantur Siculi, loco Scythuli; sed ego credo, Siculos hocce vocabulum a Slavis, qui Daciam incolebant, accepisse; cum inter voces scythico-magyaricas nulla detur *Toplitza*, ergo neque *Toplitzás* poterit esse originis scythicae. Slavicae autem originis esse hanc vocem, satis clare patet inde, quod et olim dicebant et nunc multi dicunt *Toplitza*, alii *Teplicza*, Bohemi *Teplice*, warme Bäder, thermae; locus vero, ubi calida aqua scaturit, *topličné* vel *teplične* mjsto, *toplitzás* helly, nuncupatur. Quapropter *Toplitzás* non est in genere uliginosus, verum eiusmodi locus, qui scatet calidis undis, easque circum se promovet.

Torfa, terra incendiaria fossilis, humus *Turfa*, Linn. der Torf.

Tormatilla, Tormentill, factum est ex *Tormentilla.*

Tornátz, atrium, pergula, porticus, cet. quia Germani atrium nominant Vorhaus, et atrium ad templum, quod sub turri esse solet, Thurnhaus, ex hoc, sine dubio, formaverunt maiores Magyarorum primum *Tornház*, postea *Tornáz*, et denique *Tornátz*, quod postea etiam ad alia eiusmodi aedificia transtulerunt.

Torollya, est ipsum, quod significat, *Trollius.*

Torontál-Pók, die Tarantel, factum ex aranea *tarantula; Pók* autem ex slav. *pauk*, vide sub *P.*

Torony, der Thurm, Thurn, *turris*, graece *τύῤῥις*, multi Slavorum etiam habent *tůrnja* (Russi *turma* et basnja, alii Slavi wěža et wěže), ex quocunque horum formatum est magyaricum *Torony*, est europaeum, *Tornyotska* tamen, turricula, convenit cum slav. *tůrnička.*

Torsa, caulis, der Strunk, videtur cum *Törsök* eiusdem esse originis, sive ex *thyrsus*, sive ex slav. *trs*, caulis, stirps, russ. *ters* vel *tors*, dim. *trsek*, *tersek*, *torsok*, derivemus; *Torsika* autem, der brennende Wasserhahnenfuß, ranunculus sceleratus, est ex *torsa* quasi diminutivum, una cum *Torsátska.*

Torta, die Torte, slav. etiam *torta*, estque opus pistorium seu cibus e farina nomen gerens *Torta*, et derivatur a lat. *torqueo*, slav. *krautjm*, ideo bene slav. bohemice dicitur *pokrautka*, *pokruta*, in usu vulgari et in Bibliis.

Tót, Páriz Pápai habet, Sclavus, Dalmata, Illyricus, Einwohner Sklavoniens; Cl. Márton rectius, Slawak, Slawe: nam, sive Illyricus, sive Russicus

sicus

sicus, sive Polonicus, sive Bohemicus, etc. semper Slavus, non Sclavus, scribendus est, et pronunciandus. Omnes enim istae gentes de se ipsis dicunt, se esse Slavos, quod nomen non est ipsis ab aliis gentibus inditum, verum vernaculum, per quosdam tamen, qui originem eiusdem non intellexerunt, nec hucdum intelligunt, depravatum. Primus, qui hunc commisit errorem, est Procopius Caesareensis, qui A. C. 530. seq. vixit, et varios libros historicos de bello Persico, Gothico, et Vandalico scripsit. Ille Slavos, qui suo tempore a Danubio usque ad fluvium Tyram habitabant, in duas magnas stirpes divisit, *Anticam* nempe et *Slavenicam*, de quibus affirmat, eas eandem linguam habuisse, quae ipsi, scilicet Graeco (cui omnia non graeca barbara erant), barbara videbatur, utut, praeter nomen *Slavenorum*, ne verbulum quidem literis consignaverit, quod barbare sonaret. — Nomen *Slavenorum* scribere volens, cum in sua graeca lingua syllabam *Sla* — nunquam audivisset, sine consideratione posuit *Skla* — *σκλαβηνοι*, *Sclaveni*, inde postea error ille ad alios Graecos, tandem etiam ad Latinos dilatatus est. Sed redeamus ad nomen *Tót*, quod aliqui (recte uti *Sclavicum* loco *Slavicum*), probrosum et ignominiosum facere volunt, derivantes illud a slav. *toto*, *hoc*, *istud*, acsi ab eiusmodi minutiis magnarum gentium nomina derivarentur; id quod plane idem est, acsi quis Magyaris, saepius voces *az*, *ez*, *ezaz*, repetentibus, nomen *azáci*, *ezazáci*, inderet, quod omnino ridiculum esset, — aut si quis Germanorum nomen Deutsch, a dies, *istud*, repeteret. — Otrokotsi iam rectius sen-

sentit, qui Orig. Hung. P. II. p. 22. seq. dicit: „*Nos Slavos, eiusdem Patriae nobiscum Cives,* „*et ab olim etiam, nostris maioribus in Scythia,* „*et in expeditione europaea, socios cum Alanis* „*indivulsos (quos, et fere etiam Dacos, fata* „*quodammodo, inde a prima gentium disper-* „*sione, videntur nostrae Nationi nexu colligasse* „*indissolubili), vocamus Thót, cuius plurale* „*nobis Thótok, quod nec eorum maioribus* „*olim poterat esse ignotum; at nunc ipsi se* „*vocant, ut notum Slovák in sing. et Slo-* „*váci in plur. (Unde et Sclavus, Sclavi,* „*et Scláveni, quod apud graecos Scriptores,* „*post annum D. 500. reperio.) An illud ortum* „*ducat a Slovo, voce, quod Sclavus signi-* „*ficet voci obtemperantem, ipsi melius,* „*quam ego, dicere possunt, novi saltem Schiavo* „*Italis, a Sclavo factum, mancipium ac ser-* „*vum denotare. — Origo nominis Thót de* „*gente Sclavonica, eadem est quae Teuto-* „*num de Germanis. Ut nimirum Germani di-* „*cuntur Teutones, ac sua lingua Teut-* „*schen, eo quod olim maiores eorum addictis-* „*simi erant cultui Thoyth Aegyptii, qui alias* „*Thouth, Theuth, Thoth, item Tautus* „*et Tautates, cet. sic Sclavi antiquissimis* „*nostris et eorum maioribus dicti sunt Thot,* „*ob eiusdem celeberrimi Mercurii, inter alia* „*sua nomina veteribus etiam Thoth dicti, cul-* „*tum.*" — Haec ille. — Deductio nominum *Tót*, et *Teuto* seu *Teutsch* a Mercurii nomine *Thoth* et *Theuth* satis est honorifica: Aegyptii enim sapientissimum quemque *Theuth* et *Thouth* vocitarunt, teste historia Iul. Caes. Scalig. in Orat.;

sed

sed quemadmodum Germanorum nomen Deutsch et Teutsch, Adelungio teste, ab antiquo Dot, Deut, Thot, hebr. *Dod*, amicus, consanguineus, germanus, naturalissime et probabilissime deducitur: ita etiam Slavorum nomen *Tóth* sine dubio idem erit, et Magyari antiquis temporibus non solum Slavos, verum etiam Germanos hocce nomine *Tóth* uti etiam *Góth* videntur nominavisse. Lud. Tubero Lib. 1. §. 6. sic scribit. „*Slavenos Hungari Gothos vocant, licet primam literam huius vocis per T efferant, Toth.*" — Vide superius *Ded* et *Német*.

Tök, cucurbita, Kürbiß, factum est ex slav. *tekw*, ex quo aliqui Slavorum fecerunt *tekwa* et *tekwica* vel *tekwice*, Bohemi *tykew* et *tykwice*, Russi et Illyrii *tikwa*, Magyari *Tökv*, et postea *Tök*.

Tömlötz, der Kerker, carcer, in Gram. Debr. p. 292. bene asseritur: „*Tömlötz Tót szó*" — i. e. *Tömlötz* slavica vox: nam factum est ex *temnice*, carcer obscurus; *temnice* autem derivatur a *tma*, *temnost*, tenebrae, obscuritas, inde *tmawý* et *temný*, obscurus, tenebricosus, et *temný žalář*, obscurus, tenebricosus carcer, una voce *temnice*. Vid. Ant. Lit. Hung. Vol. I. pag. 86.

Tömjén, *temjén*, der Weihrauch, factum est ex graeco *Thymiama*.

Tönköly, triticum spelta, vide *Tenkely*.

Törlöm et *töröm*, wischen, abwischen, videtur formatum esse utrumque ex lat. *tergo* vel *tero*, aut ex slav. *trem*, boh. *tru*, et inde *stjrám*, *utjrám*, abstergo, abwischen.

Törpe, nanus, pumilio, Zwerg, sine dubio ex slav. *trpák*, boh. *třpasljk*, idem significante, formatum est; vocatur etiam *karljk* et *pidimužjk*, a

pjd,

pjd', spithama, et *muž*, vir, inde dimin. *mužjček*, *mužjk*, homuncio.

Törsök, caudex, truncus, convenit cum graeco-lat. *thyrsus*, sed magis cum slav. *trs*, *trsek*, russ. *ters* vel *tors*, dimin. *tersek*, *torsok*, croat. *terchek*. —

Tösér, mercator, negotiator, nihil aliud est, quam germ. Tauscher, permutans, vel Tauschhändler, negotiator per permutationem.

Trágár, circulator, scurra, Landstreicher, cet. est germ. Träger, gestator, aut Zuträger, scurra, qui varias nugas suggerit: inde *Trágár* beszédek, Narrenspossen, inepta dicteria, et *trágárság*, scurrilitas, cet.

Trágya, conditura cibi, Gewürz; item fimus, der Dünger, formatum est ex lat. vocabulo *tragema*, inde *trágyázni*.

Trébely, floces, factum est ex germ. Träber.

Tréfa, der Spaß, Scherz, iocus, derivandum puto a germ. treffe, ferio, pungo, scilicet verbis, id quod iocis et facetiis ut plurimum fieri solet: inde *tréfálni*, *tréfás*, et alia.

Trétsélek, garrio, schwatze, factum est ex slavico *třečkugi*, *střečkugi*, discurso, exsilio, quod proprie de vaccis et bobus dicitur; sed transfertur etiam ad homines discursantes et varia inepta sine iudicio blaterantes.

Triglahal, der Seehahn, est piscis *Trigla*.

Trombita, tuba, die Trompete, ex gallico *trompette:* et inde *trombitálni*, trompeten, *trombitás*, Trompeter, cet.

Tromf, *tronf*, talio, est germ. der Trompf, Trumpf.

Truttz, contumacia, est germ. der Trotz, Trutz: et inde *truttzolni*, trotzen, *truttzos*, trotzig, cet.

Tsap

Tsap, epistomium, convenit quidem cum germ. Zapfen, sed sine dubio formatum est ex slav. *čep*, vulgo *čap* (l. *tsap*), quod eo est verisimilius, quo plures slavicae gentes, e. g. Bohemi, Moravi, Poloni, Illyrii, Russi, Slavi Pannonii, cet. hocce vocabulo utuntur, dicentes partim *čep*, partim vero *tsap*: *Tsap* itaque, una cum derivatis et compositis, *Tsapház*, Schenkhaus, *Tsaplár* et *Tsapláros*, Schenkwirth, cet. slavicae est originis.

Tsapom, infligo, schlage, est ex slav. *capjm*, idem significante.

Tsászár, Kaiser, slav. Cýsař, omnes fecerunt ex *Caesar*.

Tsata, pugna, Scharmützel, Faustus Verantius asserit, *Tsata* factum esse ex illyrico *cseta*, quod omnino probabile est: nam *čatá*, *začatá*, illyr. et russ. *csetá*, significat incepta seu inchoata scilicet pugna, aut pugna levior, vel initium pugnae, a verbo *čati*, *začati*, illyr. et russ. *cseti*, *zacseti*, boh. *čjti*, *začjti*, partic. *čat*, *čata*, *čato*, cet. Inde ergo etiam *tsatázás*, *tsatázni*, fechten, et *tsatépaté* vel *tsetepaté*, *čatá půtka* vel *četá půtka*, inchoata pugna, initium pugnae, vel pugna levis.

Tsatorna, *cisterna*, slav. *čisterna*, ex alterutro horum formatum est *Tsatorna*; sed an sit latinae vel slavicae originis *cisterna*, disquirendum esset. Si *cisterna* a *cista*, quemadmodum *lucerna* a *luce*, uti volunt aliqui, derivatur apte et commode, longe commodius *čisterna* a *čistjm*, purgo, deducitur, significatque locum purgatorium, qualis erat *cisterna*, in qua homines lavari et purgari solebant, vulgo dicitur

 etiam

etiam *čistárna*, ad formam *barewna*, domus infectoria, Färberhaus; *bradýrna*, Barbierstube, tonstrina; *djlna*, Werkstatt, officina; *katowna*, carnificina; *knihárna*, taberna libraria; *knihowna*, bibliotheca; *mučjrna*, Folterkammer; *papjrna*, Papiermühle; *pekárna*, Backhaus; *prachárna*, Pulverthurm; *zahřiwárna*, Treibehaus, domicilium calefactorium, etc.

Tseber, *tsöbör*, labrum, medimnus, convenit quidem cum germ. Zuber, sed similius est slavico, ex quo sine dubio formatum est *čber*, boh. *dčber*, vel *džber*, illyr. *csabar*, polon. russ. *cseber*, idem significante.

Tseh, Bohemus, der Böhme, non descendit a *Chüs*, uti Otrokotsi hariolatur, P. II. p. 24. verum, quemadmodum Bohemi in historicis libris originem suam a Slavis deducunt, ita etiam nomen *Čech* derivatur a verbo slavico *čéti*, incipere: quia isti Slavi, qui Bohemi vocantur, primi inchoarunt expeditionem in Germaniam, ideo Ducem suum nominarunt *Čech*, a quo illi postea nominati sunt *Čechowé*, et terra per illos occupata *Csechia*, *Česká země*, vide *Kronyka Czeská*, *Franc. M. Pelcel*, P. I. p. 58. sequ. Qui Slavi posterius venerunt in Germaniam, *Slezi*, *Slézy*, *Slezácy*, quod *sléze*, *posléze*, i. e. posterius et ultimo post Csechos venerint, nominati sunt. Ibid. p. 64.

Tseléd, familia, Familie, non derivatur a turcico *tseléb*, vide Gram. Debr. p. 300. et 336. sed a slav. *čeled*, *čelad'*, polon. *cseladz*, russ. *cseladj*, illyr. *cselyad*, croat. *cselad*, bohem. *čeled*, etc. etiam a verbo *četi*, *čel*, incepit, inchoavit, unde *čelo*, frons, *čelowěk*, contracte *člowěk*, homo,

če-

čelesten, Ofenloch, praefurnium, et *čeládka*, *čeled*, *čeledjn*, etc.

Tsemelet, *tsömölyet*, der Kamelot, est *camelotum*.

Tsemer, *tsömör*, nausea, der Eckel, etiam Slavi quam plurimi una cum Illyriis nominant *tsemer*, a quo helleborum Slavi Bohemi, Poloni, Russi, Illyriique adpellant *csemericza*, *čemeřice*, *čemerka*. — Inde *tsömörleni*, *čemeřiti*, *očemeřiti se*, *tsömörlés*, *očemeřenj*, nausea, nauseatio.

Tsengeni, *tsengés*, Klingen, factum est ex slav. *cenǧánj*, boh. *cynkánj*; *tsengetés*, *tsengetni*, *cenǧati*, boh. *cynkati*, klingen, tinnire.

Tsép, Flegel, Dreschflegel, flagellum excutiendis granis frumenti, est slav. *cep*, plur. *cepy*, quemadmodum gentes slavicae hae hoc, illae illo utuntur, et ipsum flagellum in tribulo *cepjc*, manubrium autem držadlo, hůlka, ručka, rukowět, topořisko, topůrko, cet nominant.

Tsep, *tsepp*, gutta, der Tropfen, factum est ex slav. *čap*, *kap*, unde *čapka*, *kapka*, *kwapka*, gutta, et *tsepetske*, *tseppetske*, *čapečka*, *čapička*, *kapečka*, *kapička*, *kwapečka*, et *tseppenni*, *čapkati*, *kapkati*, *kwapkati*, tropfen, stillare.

Tseperke, gomba, Champignon, agaricus campestris, factum est per metathesin ex slav. *pečárka*, *pečjrka*.

Tser, *tserfa*, *cerrus*, quercus robur, Cereiche, Steineiche, etiam Slavi dicunt *cer*, Illyrii *cser*, ergo est europaeum.

Tsere, erdő, der Forst, Wald, *cerretum*, slav. *ceřj*, *čeřj*, *ceřjna*, etc.

Tsere, der Tausch, permutatio est slav. *čary*, et *tserélem*, *čarujem*.

Tserebere, idem, purum slavicum *čary bere*, permutationem acceptat.

Tserebogár, Maykäfer, formatum est ex lat. *scarabaeus*, sicut etiam idem significans *Tserebüly*.

Tsereny, inter alia Schleppnetz, verriculum, slav. *čřen*, *čeřen*, a verbo *čřjti*, schöpfen, capere, haurire, illyr. *csripati*, et *cserpati*, et russ. *cserpaty*.

Tserép, testa, convenit quidem cum germ. Scherbe, sed longe magis cum slav. *črep*, *črepina*, *črjépek*, boh. *střep*, *střepina*, *střjpek*, illyr. *csryp*, *csrjep*, russ. *cserep*, dim. *cserepok*, et huic russico *cserep*, simillimum est magyaricum *Tserép*, sicut etiam dimin. *tserepetske*, testula, simile est slavico *črjépeček* et russ. *cserepotsok*. *Tserép* itaque una cum suis derivatis et compositis, est slavicae originis.

Tseresnye, aliis *tsereszuye*, Kirsche, et *tseresnye-fa*, Kirschenbaum, in omnibus cardinalibus linguis europaeis denominatio istius arboris eiusque fructus fere eadem est, radix est *κερ*, ex qua Latini fecerunt *cer*, Slavi mollius *čer*, Germani *kir*. Graeci itaque habent *κεράσος*, *κεράσια*, latine *cerasus*, *cerasum*, Slavi *čerešně*, *cseresna*, germ. Kirschen, Kirschenbaum. *Tseresnye* ergo est vocabulum europaeum, sive a Latinis, sive a Slavis mutuatum.

Tsésze, die Schale, Tasse, phiala, scyphus, est vox slavica *čjše*, olim *češa*, boh. *čjše*, illyr. polon. et russ. *csassa*; *Tsészétske*, *čješečka*.

Tsets, mamma (uber), die Brust (das Euter), est slav. *cec*, *cecek*, *cyc*, *cycek*, in Hungaria, Bohemia, Polonia, et in Illyrico *czicze*, in Russia

szo-

szoszetz, *titka*, *tzitzka*, a verbo *cycam*, *cycati*, sugere, ſaugen.

Tsetsebetse, *tsetsés*, hübſch, in der Kinderſprache, slav. *čečený*, *čačaný*, *čačký*, *čenčený*, idem.

Tsév, *tséve*, die Spule, fistula textoria, est slav. *cýw*, *cýwa*, *cýwka*, quo et Bohemi et alii utuntur, Illyrii, Russi *cziv*, *cziva*.

Tsiga, die Schnecke, cochlea, limax; die Rolle, Winde, trochlea, optime deduci posse videtur ex slav. *csigám*, *čjhám*, quod inter alia significat capto, id enim trochlea ſit. *Tsigátska* est purum slavicum *csigatska*, *čjhačka*, quod etiam *čihadlo* dicitur.

Tsík, der Schlammbeißer, Wetterfiſch, cobitis fossilis, Slavi plerique istum piscem etiam nominant *čjk* (*tsík*). Inde etiam

Tsíkmák, Nudel mit Mohn, ex slav. *tsik* et *mák*, compositum.

Tsiklándani, *tsiklándozni*, kitzeln, titillare, formatum est ex slav. *štěkliti*, russ. *stsekotati*, idem.

Tsillag, Stern, sine dubio formatum est ex lat. *stella*, addito *g*.

Tsima, aliis *tzima*, die Kohlbrocken, est ipsum latinum *cyma*.

Tsimaz, die Wanze, factum est ex lat. *cimex*.

Tsin, *tsinálás*, *tsinálni*, thun, machen, facere, est ex slav. *čin*, factum, et inde *činiti*, facere, in omnibus dialectis.

Tsipa, der Eiter im Auge, *tsipás* szemek, eiterige Augen, formatum est ex slav. *štjpám*, illyr. *csipám*, *csipem*, inter alia beiße, quod lippitudo vellicet oculos. Inde etiam

Tsipem, vellico, beiße, est *štjpem* vel *štjpám*, quod in plerisque slavicae linguae dialectis in

usu

usu est. *Tsipi* a' szemet, mordet oculos, *štjpe* oči, beißet die Augen.

Tsiperke, gomba, est per metathesin *pečjrka*, hauba, vide *Tseperke.*

Tsipke, die Spitzen, limbus denticulatus, reticulum spiculatum, est slav. *čipka*, in plur. *čipky*, in duali *čipke*, quod vulgus passim pro plur. adhibet.

Tsipke, cynosbatus, rosa canina, Hagedorn, Hagerose, est slav. *šjpek*, et *Tsipkebokor*, *šjpkowý ker*, *Tsipkerózsa*, *šjpkowá růža*, etc. — Gentes slavicae fruticem rosaę caninae nominant *šjp*, *šjpek*, *šjpownjk*, sed fructum *šjpky*, *šjpinky*. Ergo *Tsipke* est slavicae originis. —

Tsira, *tsirázni*, Keim, keimen, germen, germinare, est sine dubio ex slav. *čiřjm*, formatum, quo hucdum Illyrii utuntur, *csirrim*, Bohemi et alii Slavi fecerunt ex illo *štěřjm*, et compos. *wyštjrám*; loco illius aliqui Slavorum in Hungaria dicunt *škeřjm*, *wyškýrám*.

Tsiripelni, zwitschern, pipire, passeris instar strepere, fritinnire, convenit cum slavico *čiřikati*, *čwiřinkati*, quod idem significat.

Tsiriz, die Pappe, der Kleister, colla farinacea, slavice *čiřiš.*

Tsiv, Röhre, tubus, est slav. *cýw*, *cýwka*, vide *Tsév.*

Tsíz, der Zeisig, acanthis, est slav. *čjž*, *čjžek*, *čjžik*, in omnibus dialectis.

Tsizma, der Schuh Tsischmen, cothurnus, gentes slavicae etiam dicunt *čjzma* vel *čjžma*, quod simile est istis: *krtsma*, *kutsma*, quae magis slavicam, quam magyaricam redolent indolem.

Tsobány, culigna, urceus, Krug, est slavicum *čbán*, aliis *žbán*, *dčbán*, *džbán*, *čebán* et *čobán*, i. e. *Tsobán.*

Tso-

Tsobolyó, culigna, obba, Ägel, factum est ex slav. *čbola*, *čobola*, aliis *dčbola*. *dčobola*, boh. lahwice, russ. *csobolja*.

Tsoka, corvus monedula, die Dohle, factum est ex slav. *čauka*, *čawka*, boh. *kawka*, polon. *kawa* et *kawka*, russ. *galka*, illyr. *csavka*, *csauka*.

Tsokoládé, die Chocolate, gallice *Chocolate*, italice *Cioccolata*, slav. *čokoláda*, est inventum Mexicanum, primum per Hispanos cum Europaeis communicatum.

Tsólnak, aliis *tsónak*, der Kahn, das Bot, cymba, scapha, factum est ex slav. *člun*, dimin. *člunek*, polon. *cslon*, *cslonek*, russ. *csólnok*, quod maxime convenit cum magyarico *Tsólnak*.

Tsombor, die Saturey, satureja, hancce herbam aliquae gentes slavicae nominant ex lat. *saturye*, *saturyge*; sed Russi *csaber*, *cseber*, *csobr*, Slavi Pannonii *stsibrik*, *stsubrik*, et Poloni *csombr*, ex quo magyaricum *Tsombor*.

Tsomorika, der giftige Hahnenfuß, ranunculus sceleratus, nihil aliud est, quam slav. *čemeřica*, *čemeřice*, *čemerka*, vide *Tsemer*.

Tsorba, edentulus, zahnlückig; item lacuna, Lücke, factum est ex slav. *štrba*, *štêrba* (l. *stserba*), vulgo partim *štrba*, partim vero *ščorba* et *čorba*, inde *štěrbawý*, *ščorbawý*, *štrbawý*, lacunam habens, sive olla vel urceus, sive homo edentulus, uno alterove dente carens, et lacuna illa vocatur *štrba*, *štrbina*, *štêrbina*, *ščorba* et *čorba*, (l. *tsorba*).

Tsorbáka, lactuca leporina, aliis Hasenkol, sonchus oleraceus, etiam ex slav. *štrbák*, *štěrbák*, (lege *stserbák*, vulgo *stsorbák*, genit. *stsorbáka*, Endivien, endivia, eaque duplex: 1) malý *štěrbák*,

en-

endivia minor, scariola; 2) wětšj *štěrbák*, endivia maior, intubus, aut cichorium endivia, secundum Linn.

Tsorda, armentum, grex, Heerde, etiam slavicae est originis: dicitur enim *csrjeda*, illyr. *csrida*, boh. *třjda* (l. *tržjda*), morav. *střjda* (inde verbum *střjdati* et *střjdati* se, per vices vel alternis variare), polon. *trzoda*, russ. *csorda*, quod est magyaricum *Tsorda*.

Tsormolya, *tsermolya*, melampyrum arvense, Kuhweitzen, formatum est ex slav. *čermel*, *černel*, boh. *černeyš*, *černidlo*, illyr. *csarnika*, *csarnillo*, quia panis ab eo nigrescit.

Tsoroszlya, *lemezvas*, culter praecisorius in aratro, utrumque est slavicae originis, posterius vide sub *L.* prius autem factum est ex *čerjeslo* (lege *tserjeszlo*), boh. *krogidlo*, illud a *řezám*, istud a *krogjm*, quod utrumque scindo significat. *Čerjeslo* rectius scriberetur *čeřezlo* (contractum ex *čechřezadlo*), quia compositum est ex *četi*, incipere, et *řezati*, scindere, unde *čechřezadlo*, contracte *čeřezlo*, est instrumentum praescindens, seu culter praecisorius, quippe qui incipit scindere terram in arando, et tum sequitur vomer. Quod autem apud Russos, Pannonios, aliosque Slavos, dicatur *čerjeslo*, et *čeřzezlo*, fit hoc propterea, quod Russi, Illyrii, et Slavi in Hungaria, non habeant bohemicum *ř* (*rž*), sed loco eius *r* jeratum, *rj*, adhibent, et *z* mutatum sit in *s*, sic ex *čeřezlo* factum est *čerjeslo*, ex hoc magyaricum *Tsoroszlya*.

Obser. Otrokotsi in Orig. Hung. P. I. p. 302. scribit: „*Csoroszla* (sive *Choroszla*), est instrumentum „quoddam in aratro, a חָרַשׁ (i. e. Charas), aravit, „ad-

addito in fine paragogico *la.*" — Sed illud *la* factum est ex finali slavica syllaba *lo*, et Magyari non a Iudaeis didicerunt arare, eo minus instrumenta arationis nominare; verum a Slavis, a quibus alioquin bene multa vocabula acceperunt, qualia in hocce Elencho passim occurrunt, e. g. ad arationem pertinentia: *Borona*, *Eszteke*, *Gerendely*, *Iga*, *Járom*, *Kalász*, *Tsoroszlya*, alia. Vide Ant. Lit. Hung. Vol. 1. pag. 88. et Gram. Hung. Révay, Vol. 1. pag. 88. (ubi tamen lin. 13. loco *klyš*, *kults*, corrige *klúč*, boh. *kljč*, *külts.*) —

Tsömör, nausea, est slavicum *čemer*, vide *Tsemer*.

Tsötörtök, dies Jovis, feria quarta, est slavicum *čtwrtek*, illyr. *csetvartak*, russ. *csetvertok*, cet. vide *Szerda* et *Szombat*.

Tsuda, subst. mirum, portentum, prodigium, Wunder, est slav. *čuda*; adiect. mirus, mirabilis, wunderbar, wunderlich, *čudný*. Slavi in Hungaria, Poloni, Russi, Illyrii, etc. dicunt in subst. *csud*, *csuda*, *csudo*, adiect. *csudný*, et verbum *csuditi se*, *csudovati* se, i. e. *tsudálni*, *tsudálkozni*, mirari, admirari, sich wundern, etwas bewundern.

Tsuha, vestis vilis, ein Bauernkleid, quemadmodum *Ruha* formatum est ex slav. illyr. *ruho*, boh. *raucho*, ita *Tsuha* ex *csuh*, *csúch*, masc. et *csuha*, *csúcha*, foem. quod quidem iam maiorem partem obsoletum est inter gentes slavicas; dicitur tamen adhuc hic, e. g. in Comitatibus Hungariae ad Septemtrionem, de chlaena seu gausape *csuha*, alibi vero tantum de vestibus vetustis et attritis: *staré čúchy*.

Tsuka, lucius, lupus piscis, Hecht, est slav. *ščuka*, boh. *štika*, russ. polon. illyr. etc. *stsuka*, ex quo, abiecto ab initio *s*, facile exstitit *Tsuka*.

Tsuk-

Tsuklya, die Kappe, slav. *kukla*, quod convenit cum latino *cuculla*, et *Tsuklátska* cum slavico *kuklička*; inde est etiam *Tsuklyás Galamb*, *kuklati golomb*, vel *chocholatý holub*, *cucullata columba.*

Tsúvik, aut *Tsúvikbagoly*, ulula, Slavi multis in oris nominant etiam *csuwik*, alibi *kuwik*, et quibusdam in locis Hungariae atque Moraviae *tyuhik.*

Tsöbör, medimnus, vide *Tseber.*

Tsötör, modius, Scheffel, aliud nihil esse videtur, quam slav. *čtwrt*, i. e. quarta pars metretae, quadrans, ein Viertel, quemadmodum *Tsötörtök*, *čtwrtek*, *csetwertok*, quod vide.

Tsür, die Scheune, horreum, factum est absque dubio ex germ. Scheuer: quia Magyari, cum in Europam venissent, nulla sine dubio horrea habuerunt, ergo ex hocce Scheuer primum quidem *Seur*, postea *Sür*, tandem vero *Tsür* formaverunt.

Tuba, i. e. *Galamb*, utrumque est europaeum, posterius vide sub *G.* prius autem est germanicum Taube, columba.

Tubaró'sa, die Tuberose, factum est utrumque ex Polyanthes *tuberosa.*

Tukán-Borsevö, prius *Tukán* factum est ex Rhamphastos *tucanus*, posterius autem, *Borsevö*, secundum germ. Pfefferfraß formatum.

Tulipán, die Tulpe, etiam Slavi in omnibus dialectis dicunt *Tulipán*, ex lat. *Tulipa*, addito in fine *n.*

Turba, pera, vidulus, Felleisen, Reittasche, est sine dubio slavicae originis, quia hucdum apud Russos, Polonos, Illyrios, Pannonios, aliosve, in eodem significatu, dicitur *Torba.*

Turbolya, *Turbulya*, Körbelkraut, scandix cerefolium, Linn. factum est ex slav. *trbula*, *trebula*, boh.

boh. *třebule*, dimin. *třebulka*, polon. *trzebula*, idem, Russi acceptarunt germanicum *kerbel.*

Túró, caseus, Käs, et *Túró* et slav. *sýr* convenit cum graeco *τύρος*; sed *Túró* magis convenit cum slav. *tvaroh*, polon. illyr. et russ. *tvarog*, *tvorog*, boh. *twaroh*, Quarg, Käsequarg.

Tútor, der Vormund, est purum latin. *tutor*, et *Tútorság* ex *tutela.*

Tutzet, *tützet*, das Dutzend, vulgo Dutzet, Tutzet, in latino medii aevii *ducena*, a *duodecim.*

Túzok, der Trappe, otis tarda, ex slav. *túz*, dimin. *túzek*, *túzok*, russ. *dudák*, et *túzok*, illyr. et croat. *tûzok.* Bohemi absque necessitate cum Polonis dicunt *droff*, *drop*, utrique ex germ. Trappe.

Tzaf, *hajtzaf*, nihil aliud est, quam germanicum Zopf, Haarzopf.

Tzafrag, *Tzafrang*, dorsuale, phalerae, Franse, Schabracke, etiam Slavi dicunt *šabraka*, *čabrak*, russ. *cseprak.*

Tzáp, hircus, Geisbock, est slav. *cáp*, *czáp*, Bohemi autem, qui hircum nominant *kozel*, oves hungaricas cornutas adpellant *cáp*, *czáp.*

Tzebra, das Zebrapferd, equus *cebra.*

Tzédrusfa, Cederbaum, est pinus *cedrus.*

Tzédula, Zettel, slav. *cedula*, ex lat. scheda, *schedula*, scida, *scidula.*

Tzédulátska, Zettelchen, schedula, slav. *cedulka*, *cedulečka*, vulgo *czedulotska.*

Tzégér, index, signum, formatum est ex germanico Zeiger.

Tzéh, tribus, collegium opificum, die Zunft; item compotatio, symposium, die Zeche; in utroque significatu descendit a germ. Zeche, uti et *tzehélek*, zechen, compotare, *tzéhestárs*, Zechgesell, compotor

potor; nec non *Tzéhláda*, Zechlade, *Tzéhmester*, Zechmeister, etc.

Tzejk-ház, armamentarium, est germ. Zeughaus,

Tzékla, rothe Rübe, beta rubra, slav. *cwikla*, ex germ. Zickel, Zwickel.

Tzél, scopus, meta, germ. Ziel, gentes slavicae etiam dicunt hic *cýl*, alibi *czel* et *cziel*.

Tzella, die Zelle, est ipsum latinum *cella*.

Tzeller, apium graveolens, Sellerie, slav. *zeller*.

Tzément, Cement, Zement, est *cementum*, inde etiam *Tzément-méh*.

Tzenk, caniculus, catellus, sine dubio formatum est ex slav. *štěnec*, *štěnek* (l. *scsenek*), polon. *sczenjek*, boh. *štěně*, *štěňátko*, idem. Cl. Márton habet: ein schlimmer Knabe; 2) ein Rekrut; dicitur id quidem improprie etiam de pueris et tironibus; sed proprie tantum de caniculis.

Tzeremonia, Ceremonie, est latinum *Ceremonia*.

Tzerkóf, Meerkatze, factum est ex ipso, quod significat *cercopithecus*.

Tzérna, filum duplicatum, simile est slav. *cwerna*, *czverna*; sed originem trahit a germ. Zwirn. Slavi quidem habent proprium *nit*, *nitka*, coll. *niti*, *nitê*.

Tzésa, aut ex lat. *cisium*, aut ex gall. *chaise*.

Tzethal Baléna, der gemeine Wallfisch, utrumque est ex latino, prius quidem ex *cete*, *cetus*, posterius est ipsum *balaena*.

Tzibálni, raufen, reißen, vellicare, est quasi *stsipálni*, ex slav. *štjpati* (l. *stsipati*), illyr. *csipati*, inter alia, vellicare, kneipen.

Tzibere, iusculum acetosum, Zibere, eine Art sauere Suppe, convenit quidem cum lat. *cibaria*, sed sine dubio formatum est ex germ. Zechbrey,

dici-

(dicitur enim etiam *Tziberaj*), iusculum pro compotoribus.

Tzibeth matska, die Zibetkatze, viverra *cibetha*, ceterum vide *Matska*.

Tzifra, die Ziffer, lat. *cifra*, slav. *cyfra;* sed Magyari utuntur hocce vocabulo etiam pro geziert, geschmückt, exornatus, inde *tzifrázás*, *tzifrázni*, zieren, auszieren, exornare.

Tzigány, Ciganus, Zingarus, ein Zigeuner; item fallax, mendax, slav. *Cyğáň* (l. *Tzigány*), quod apud gentes slavicas etiam partim Ciganum seu Zingarum, partim hominem fallacem atque mendacem significat, adeo, ut et verba inde habeant, *cyğaniti*, mentiri, fallere, *ciğáňowati* se, more Ciganorum circumvagari. Istud nomen *Tzigány* puto Zingaris, qui sua se lingua *More* adpellant, a Slavis esse inditum, qui ex verbo *czigám*, boh. *čihám*, capto, insidior, fecerunt *czigány*, *čiháň*, *čihaun*, insidiator, quatenus Zingari sunt insidiatores bonorum, inprimis victualium. Qua ex ratione Russi etiam Tataros nominant *Czigány*. Sed ex hacce denominatione facile concludi posset, *Ciganos* tataricae esse originis, quod nonnullis arridet; eo tamen non obstante, cum Zingari sua sese lingua *More* nominent, lingua autem *Morica* eadem sit cum *Mogolica* in Indostania: hinc origo Zingarorum ex Indostania est repetenda, neque erit iam Viris doctis aenigma, quod si affinitas idiomatum clavis sit minime dubia ethnologiae. — Vide M. Schwartner, Statistik des Königreichs Ungern, Pest, 1798. pag. 105. sequ. et Mich. Horváth, Statistica Regni Hungariae, Posonii, 1802. pag. 58. Si cuipiam nondum compertum erat atque exploratum

tum, an idioma Zingarorum, ulli in toto orbe terrarum, e tanto linguarum diversarum numero, affine sit; exploravit id et explanavit, iam ante tria decennia, *I. C. C. Rüdiger*, in Libello suo, quem inscripsit: Grundriß einer Geschichte der menschlichen Sprache, cet. Leipzig, 1782. — ubi affirmat, linguam *Moricam* seu Zingaricam eandem esse cum *Mogolica* in Indostania, tantum quod sit per longam migrationem nonnihil immutata, et omnino cum aliis linguis gentium, inter quas Zingari degunt, commixta. Videamus inter alia, quae hanc veritatem comprobarent, rationem numerandi. Pleraque nomina numerorum Zingaricorum conveniunt certe non solum cum Mogolorum, verum etiam cum antiquissimorum Indiae aboriginum modo numerandi: ita enim numerant

Antiqui Indi;	*Mogoli seu Mori*;	*Zingari, etiam Mori dicti.*
egam,	ek,	jek, i. e. unum.
due,	do,	dui, i. e. duo.
trini,	trin,	trihn, i. e. tria.
shatvari,	tschihar,	stahr, i. e. quatuor.
panshu,	pantsch,	pantsch, i. e. quinque.
shattu,	tscheh,	schob vel tschob, i. e. sex.
sapta,	sat,	efta vel sefta, i. e. septem.
desza,	des,	dehsch, i. e. decem, etc. —

Tzikkely, jede kleine Abtheilung, articulus, particula; non ab Artikel, uti Gramm. Debr. p. 341. sed a Zwickel, cum conum vel certam particulam panni aut lintei significat, deducendum esse existimo, quod tamen postea etiam ad particulas librorum vel scriptorum, e. g. paragraphos, articulos, etc. commode translatum est.

Tzikória, die Cichorie, est lat. *cichorea*.

Tzim

Tzim, titulus, der Titel, factum est ex germ. ziemen, geziemen, aliquem decet, deberi, tribuendum esse.

Tzima, est ipsum *cyma*.

Tzimbalom, est *cymbalum*, a quo descendunt *Tzimbalmos*, cymbalista, *Tzimbalmozni*, zimbeln, etc.

Tzimbora, consortium, etc. vide rectius *Szimbora*.

Tzímer, *Tzimmer*, das Kennzeichen, Wappen; das Geweih, Lammviertel, signum, insignia, crista, armus agninus. Quidquid significet, semper est germ. originis, partim a ziemen, vide *Tzim;* partim a Ziemer, Zimmer, pars postica.

Tzín, stannum, est germ. Zinn, aut slav. *cýn*, idem.

Tzinadof, tela pretiosa, formatum ex graeco-latino *Sindon*.

Tzinadónia, die Goldwurz, chelidonium maius, Linn. *chelidonia*, Plin., ex *chelidonia*, non dubito, formatum esse *Tzinadónia*.

Tzinamom, est ipsum *cinnamomum*.

Tzink, est ipsum Zink, *zincum*, Linn.

Tzinka, factum est ex eo, quod significat, *cynachum*.

Tzinege, *tzinige*, *tzinke*, parus, Meise, est antiquum sarmaticum, quod hucdum retinuerunt Russi, *zinyka*, *szinyka*, et Illyrii *sinica*, a colore ceruleo, slav. *syný;* pro quo Slavi in Hungaria, Polonia et Bohemia, habent *sykora*, *sykorka*, etiam a colore caeruleo, slav. *sywý:* ex *syný* itaque factum est *synkora*, *sinka*, *sinica*, ex *sywý* autem *sywkora*, *sykora*, Blaumeise, parus caeruleus, Linn.

Tzinóber, *Tzinóbriom*, der Zinnober, ex lat. *cinnabaris*.

Tzinterem, der Kirchhof, Freydhof, etiam Slavi dicunt *cynter*, *cynterýn*, aliqui *cymiter* ex graeco-lat. *coemeterium*.

Tzin-

Tzintzinbogár, Holzbock, Holzkäfer, cerambyx, Linn. et

Tzintzúr, Hüpfer, bombilius, sunt vocabula nova, ex sono *czin*, *czink*, slav. *cynkám*, tinnio, formata, unde etiam *tzintzogás*, *tzintzogni*, slav. *cynkánj*, *cynkati*, minurizare, tinnire.

Tziper, est *cyperus*.

Tzipó, ein kleines Brot, formatum est ex Zwiback, panis bis coctus, quia vulgus pronunciat Zwipock, ex quo Magyari *Tzipó* fecerunt.

Tzipros, *Tziprosfa*, *Tziprusfa*, est Cypresse, *cypressus*.

Tziprosfü, *Tziprusfü*, Cypressenkraut, santolina, *cyparissus*.

Tzirbel-Fenyö, Zirbelbaum, *Tzirbel* est ex *cembra*, *Fenyö* ex *pino* factum.

Tzirkalom, circinus, Zirkel, ex *circulus*, unde *tzirkalni*, zirkeln, *tzirkalmazni*, mit dem Zirkel bezeichnen, etc.

Tzirköles vel *Tzirok*, Mohrhirse, holcus sorghum, etiam Slavi idem nominant *cyrek* et *cyrok*.

Tzitálni, est citiren, *cytowati*, ex lat. *citare*.

Tzitera, die Cither, est ex *cithara* formatum.

Tzitrom, die Zitrone, factum est ex malum *citreum*.

Tzitromfa, Zitronenbaum, est *citrus* aurantium.

Tzitromfü, Melisse, melissa officinalis, *Tzitromfü* dicta propter odorem *citreum*.

Tzitrom-Sármány, Goldammer, sic nominatum, ex emberiza *citrinella*, propter colorem *citreum*.

Tzitvar, *Tzitvor*, Zitwer, ex *zedoaria*.

Tzitzer-borsó, Zisererbse, est Lathyrus *cicera*.

Tzoboj Menyét, rectius *Tzoboly* vel *Szoboly*, der Zobel, martes cibellina, aliis Scythica, vel

mustela

mustela zibellina, quam Russi, Poloni, Bohemi, Illyrii, et alii Slavi, nominant *Szobol.*

Tzukmis, obsonium, factum est ex germ. Zugemüse, quod vulgo a plebe pronunciatur Zuckmiß. —

Tzúkor, est *saccharum*, german. Zucker, slav. *cukr*, *cukor.*

Tzvibak, panis bis coctus, est ipsum germ. Zwieback.

U.

Uborka, *ugorka*, die Gurke, cucumis, slavicae gentes varia exprimunt ratione, nempe *ugarka*, *ugorka*, *uharka*, *uhorka*, quidam *oharka*, Bohemi *okurka*, Poloni *ogorek*, quos aliqui Slavorum in Hungaria secuti etiam dicunt *oharek*, masc. Russi *ogurecz*, Illyrii denique *ugorka*, ex quo, per mutationem *g* in *b*, factum est *Uborka.* — Vide etiam *Buborka.*

Udvar, aula, Hof; est slav. *dwor*, *dwůr* (i. e. *dwuor*), in omnibus dialectis, ex quo plura derivantur, e. g. *Királyi Udvar*, *králowsky dwůr*, *udvari*, adiect. *dworský*, subst. *udvari* ember, *dwořák*, *dwořán*, *dwořenjn*, *udvariság*, *dwornost*, *zdwořilost*, *udvarlani*, *dwořiti*, *udvarlás*, *dwořenj*, *udvarnik*, *udvarnicales*, (Decr. S. Ladisl. III. cap. 3.) *dwornjk*, *dwornjcy*, etc.

Ugar, der Brachacker, vervactum, est slav. *ugor*, *uhor*, boh. *auhor*, polon. *ugor*, et *ugarlás*, *ugorenja*, *auhořenj*, *ugarlani*, aliis *ugarolni*, brachen, *ugoriti*, *auhořiti* etc.

Ugrálni, *ugrani*, hüpfen, springen, plerique deducunt ex slav. *igrati*, boh. *hráti*, quod apud hos ludere, apud alios Slavos saltare significat.

Unoka, der Enkel, nepos, factum est ex slavico *unok*, *unuk*, boh. *wnuk*; sed slavicum *unoka*, *unuka*, *wnučka*, est neptis, *unoka-leány*.

Únom, *únni*, fastidio, taedet, est slav. *unujem*, *unovati*, boh. *unawjm*, *unawiti*, inde *unalom*, *únás*, *unawenj*, *unowánj*, etc.

Untatni, nöthigen, factum est ex slav. *nutiti*, idem.

Urbáriom, das Urbarium, non descendit a magyarico *Úr bora*, vinum Domini (vide Hung. in Parab. pag. 96.), sed a germ. urbar, cultus, a, um, scil. ager, hortus, vinea, et sim. inde vox nova *Urbarium*.

Usora, das Interesse, der Wucher, aliqui deducunt ex lat. *usura*, i. e. fenus, alii ex slav. *užera*, i. e. iniquum fenus, a verbo *žeru*, voro, *užeru*, devoro, excedo, inde *užernjk*, alias *lichwář*, qui aliorum lucrum devorat, aut inique rapit, i. e. iniquus fenerator, et *užera*, vulgo etiam *užora*, iniquum fenus.

Útsza, *útza*, die Gasse, platea, factum est ex slav. *ulica*, boh. *ulice*, illyr. pol. et russ. *ulicza*, uti ex *lavicza*, *lótza*, ita ex *ulicza* exstitit *útza*, ac ex *útza*

Út, via, Strasse.

Uzbék, *üzbég*, Flüchtling, fugitivus servus (vide Decr. S. Ladisl. III. cap. 2.), factum est ex slav. *zbieg*, *zbieglecz*, idem, vide sub *Pribék*.

Uzsonna, Jausen, est slav. *užiwna*, *užina*, v. *Osonna*.

Uzsora, est slav. *užera*, *užora*, vide *Usora*.

V.

Vajda, Fürst, Herzog, Dux, contractum est ex antiquo slav. *Vajvoda*, pro quo nunc Bohemi di-

dicunt *Weywoda*, Illyrii *Voyvoda*, Pol. *Vojevoda*, reliqui Slavi *Wýwoda*, et sine compositione *Wodić* et *Wůdce*, quod non descendit a slav. *vojna*, bellum, et *voda*, aqua (uti Hung. in Parab. pag. 97. hariolatur), verum a verbo *wodjm*, duco, compos. *wywodjm*, educo, sursum duco; sed ista partic. insepar. *wy*, quae in compositione *e*, *ex*, *sursum*, *prae*, etc. significat, in eadem compositione saepius prolongatur, ita etiam hic. Verbum est *wywodjm*, ubi *wy* breve est, sed in nomine *Wýwoda* iam est longum, quod ab his *wý*, ab aliis *way*, *wey*, *voj*, *voje*, exprimitur. Unde patet, *wy*, *wý*, *way*, *wey*, *voj*, *voje*, semper esse particulam eandem inseparabilem, neque huc requiri *vojna*, bellum: quia *Vajvoda*, et contr. *Vajda* non semper Belliducem significat, veluti ex exemplo Valachorum et Zingarorum, qui etiam suos habent *Vajdas*, notum est.

Váló, *válú*, der Wassertrog, trulla, alveus aquarius, ex *alveo* per metathesin puto factum esse *válev*, postea *válov*, quo plerique Slavi cum Illyriis utuntur, et ex *válov* fecerunt *Váló*.

Válogatni, auserlesen, eligere, seligere, convenit cum slav. *woliti*, *wywoliti*, *wywolowati*, idem.

Vályog, die Kothziegeln, lateres e luto, est certe slavicum *wálek*, vulgo *wálok*, idem significans, a verbo *wáleti*, depsere, wirken, knäten, wälzen, quia eiusmodi lateres per hasce actiones e luto conficiuntur.

Vámpir, est ipsum Vampyr, *Vampyrus*.

Vándor, *vándorló*, Wanderer, wandernd, vagus, viator, et *vándorlok*, ich wandere, peregrinor, sunt origine germanica. Otrokotsi quidem existi-

mat, ista esse genuina magyarica: nam Orig. Hung. P. II. p. 25. ex voce *Vándorló*, quam putat esse magyaricam, utut certum sit, Magyaros eam a Germanis accepisse, nomen *Vandalorum* deducere satagit, scribens: „*Ego*, inquit, *nomen Vandalos* (*Vandalus*), *ex idiomate* „*hungarico*, *facillime et ad rem congruentissime* „*dico*, *idem esse*, *quod Vandolló vel Vándollós*, *pro Vándorlós* (*a rad.* בדר, „*Vaddar*, *quod idem cum Vandar*, *h. e.* „*dispersit*), *quod significat nobis Vagum ac* „*susque deque ambülantem*.“ — Sed quemadmodum *Vándorló* non ab hebr. *Vaddar*, verum a germ. wandern, ita etiam nomen *Vandalorum* non a magyarico *Vándolló* pro *Vándorló*, verum a germ. wandeln, derivandum esse, nemo Philoglottorum dubitabit.

Varadits, Rainfarn, tanacetum, nihil aliud est, quam slav. *wrátyč*, quod in Hungaria, Russia, Illyrico, Moravia et Bohemia *vrátyts*, *wrátyč*, in Polonia autem *vrotycs* nominatur.

Varázslani, zaubern, incantare, factum est ex slav. *wražiti*, russ. *vorožity*, illyr. *vražati*, quod descendit a voce *vrag*, boh. *wrah*, homicida; malus genius, ubi *g* et *h* mutatum est in *ž*, quod etiam in aliis vocibus apud Slavos fit, e. g. ex *Bog*, *Boh*, *Bůh*, Deus, fit *božj*, divinus, *božjm* se, per Deum juro, etc. sic etiam a *vrag*, *wrah*, fit *wražba*, *wraženj*, i. e. *varázslás*, die Zauberey, Bezauberung; *wražebnjk*, illyr. *vražalacz*, i. e. *varázsló*, der Zauberer, etc. — Ex eodem *vrag*, *vrah*, *vraž*, etiam *varázs*, i. e. *varázslofű*, circaea, factum est.

Varjú

Varjú, die Krähe, cornix, Faustus Verantius asserit, vocem hanc factam esse ex dalmatico *vrana;* sed non solum Dalmatae caeterique Illyrii, atque Croatae, verum etiam Bohemi, Moravi, Slavi Pannonii, cet. dicunt *vrana*, Poloni *vrona*, Russi autem *vorona*, cornix.

Varsa, die Reusse, nassa, est slav. *wrša*, boh. *wrše*, pol. *viersa*, russ. *versa*, illyr. *varsa*.

Várta, die Wache, specula, est germ. die Warte.

Vas, Eisen, ferrum, est genuinum magyaricum; sed cum hoc sunt quaedam composita, quae erunt exquirenda, e. g. *Vashámor*, Eisenhammer, vide *Hámor; Vaskementze*, eiserner Ofen, vide *Kementze; Vasmatska*, der Anker, vide *Matska; Vaspor*, der Feilstaub, vide *Por; Vasvilla*, eiserne Gabel, vide *Villa*.

Vászon, linteum, tela, sine dubio factum est ex slav. *snowati*, *nasnowati*, zetteln, anzetteln, ordiri telam, et inde *osnowa*, Weberzettel, stamen, quod aliqui Slavorum exprimunt *wosnowa* (l. *vosznova*), ex quo magyaricum *Vászon*, vide *Szövés*.

Vataléj, eine Flasche, lagena, posset quidem commode deduci ex slav. *woda*, aqua, et *léj*, funde, inde *vodaléj* vel *vodoléj*, i. e. vasculum, cui aqua infunditur, et quod bibentibus ex se iterum aquam fundit; sed nonne potius deducendum est ex gallico *Bouteille* (l. *Butelje*), quod Adelung dicit esse germanicae originis ex Butte? cum autem nihil dicat, unde derivetur Butte, tantum apud omnes europaeas gentes, exigua cum mutatione, hanc vocem reperiri: hinc ego derivavi a slav. *put*, via, vide *Putton*.

Vatsora, das Nachtmahl, Abendessen, coena, est certe slav. *wečera*, quod omnes gentes slavicae

aeque

aeque pronunciant *vecsera*, tantum Poloni modicum immutant *vieczerza*, et Bohemi *wečeře*. Inde etiam

Vatsorálás, *vatsorálni*, *wečeránj*, *wečerati*, boh. *wečeřeti*, et *Úr Vatsorája*, *Wečere Páně*, das heilige Abendmahl.

Veder, der Eimer, hydria, est slav. *wědro*, illyr. *vidro*, boh. *wědro*, polon. *viadro*, russ. *vedro*, hydria, modiolus, situla.

Veksely, *Vekszely*, est germ. Wechsel, et *Vekszeltzédula*, Wechsel-Zettel.

Velentze, Venedig, formatum est ex lat. *Venetiae*.

Vendely, Gelte, acratophorum, factum est ex germ. Wännlein, quod plebs exprimit Wändel.

Venyeke, *venyike*, die Weinrebe, sine dubio formatum est ex slav. *winnýkeř* aut *winnýkmen*, vitis.

Veréb, der Sperling, passer, formatum est ex slav. *vrab*, *vreb*, in Hungaria, Moravia, Bohemia, cet. *wrabec*, *wrablec*, *wrablic*, in Polonia *vróbl*, *vroblik*, in Croatia *vrabacz*, in Illyrico *vrebacz*, in Russia *vorobey*, etc. Nostri Magyari fecerunt *Veréb*, et dimin. *verebetske*, i. e. slav. *vrabecsek*, *vrebacsek*, etc.

Véronika, Ehrenpreis, est ipsum *Veronica* officinalis.

Verötze, kleine Hausthür, ostium, factum est ex slav. *dwérce*, vel *dwérka*, quod est dimin. a *dwéře*, Thüre, ianua, ostium. — Quia Magyari concursum consonantium literarum non amant, omiserunt ex *dwérce* ab initio *d*, et in medio interposuerunt *ö*, sic exstitit *Verötze*.

Vers, germ. Vers, slav. *werš*, quod recte sic exprimitur, uti magyar. *vers*, omnes ex lat. *versus*.

Veszprim, *Vesprimium*, non videtur mihi factum esse ex Weisbrunn, (vide Hung. in Parab. p. 25.) sed

sed potius, prout celebris Historicus Stredkovsky derivat, ex slavico *Wes* et *Perun*, pagus Deo slavico *Perun* sive *Parom*, sacer, ideo quod hic templum habuerit. Successu temporis per contractionem factum est ex *Wes perunowa*, *Wesprun*, *Wesprin*.

Vetsernye, vesperae, Vesperzeit, est genuinum slav. a *wečer*, vesper, inde *wečernj*, vespertinus, et subst. *wečerňa*, cultius *wečerně* (lege *vetsernye*), sacra vespertina, pomeridiana.

Vezér, Führer, Dux, etiam Turcae habent *Vezir;* sed cum nulla apud Magyaros et Turcas supersit radix, ex qua *Vezér*, *vezérleni*, *vezetni*, cet. derivari posset, nisi apud Slavos *wez*, inde *wezu*, *wed'* (vulgo *wedz*), inde *wedu*, führe, duco; hinc existimo, hocce vocabulum non esse scythicae, verum sarmaticae originis.

Viadal, der Kampf, pugna, factum est ex slav. *wládal*, *owládal*, superavit, proelio superior discessit, quod derivatur a *wláda*, vis, potentia.

Viasz, cera, factum est aut ex germ. Wachs, aut potius ex slav. *wosk*, *voszk*, quod quidem eo est probabilius, cum plebs multis in locis non dicat *viasz*, sed *viaszk*, in accus. *viaszkot*.

Vidék, die Gegend, non est *Vijjadék*, azaz, a' miért vijjnak, (vide Gramm. Debr. p. 294) sed genuinum slavicum *widjk*, *vidjék*, quo plerique Slavi utuntur, derivatur autem a verbo *wjdjm*, video, et significat: 1) id, quod uno obtutu circumcirca videri potest, horizon, Gesichtskreis, 2) pars terrae, plaga, districtus, et, uti in Hungaria loqui amant, processus, e. g. processus superior, inferior, widjk hornj, dolnj, aut wyššj, nižšj.

Vidra

Vidra, Fischotter, lutra, est certe slav. in omnibus dialectis usitatum, *wydra* vel *vidra*, idem significans.

Villa, Gabel, furca, etiam istud est slavicum, quod tamen in omnibus dialectis eodem modo non pronunciatur, in Hungaria enim hic *widly*, ibi *ville*, alibi *villi*, in Bohemia, Moravia, cet. *widly*, in Polonia etiam *widly*, in Russia *villi*, in Illyrico *ville*, etc., dimin. *Villátska*, furcula, *widličky*, *villicsky*.

Vintzellér, vinitor, est germ. Winzer, quibusdam Winzler.

Vinnye, Schmiede, officina fabri ferrarii, est slav. *wyhně*, *vihnye*, idem, quod hic *wýheň*, alibi *wýhňa*, in Bohemia tamen, Moravia, et parte Hungariae *wyhně* nuncupatur.

Viola, Veilchen, Viole, est lat. *viola*, vide etiam *Ibolya*.

Vipera, Viper, etiam est latinum *vipera*.

Virgina, instrumentum musicum, nomen gerens *virginale*, aut ab ipso isto *virginale*, aut ab *organo*, veluti *orgona*, slav. *vargan*, *vorgan*, *organy*, boh. *warhany*, derivandum est.

Virgontz, alacer, excitatus, frisch, hurtig, munter, deducitur quidem in Gramm. Debr. p. 295. ex radice *vi*, *vir*, addito *gontz* (uti *Suhantz*, i. e. slav. *suhajecz*, quod vide sub *S.*), — sed ego existimo, deducendum esse ex radice slav. *wr*, quam aliqui *ver*, alii *vir* exprimunt, ex qua est *wrh*, *verh*, *virh*, vel *verg*, *virg*, der Wurf, iactus, *wrhu*, *wrhnu*, *wrcy*, *wrhnauti*, werfen, iacere, ex quo *wrhlý*, *přewrhlý*, versutus, versipellis, *wrhký*, agilis, alacer, et subst. *wrhlec*, *wrholec*, *wrhonec*, in aliis dialectis *vergonecz*, *virgonecz*.

Viri-

Viritani, grünen, formatum est ex *virere*, *viridari*.

Virtus, die Tugend, est lat. *virtus*, et *virtusos*, *virtuosus*.

Visegrad, oppidum cum arce antiqua in Hung. est slav. *Wyšjhrad*, vel *Wyšjgrad*.

Visla, Spürhund, canis sagax, investigator, est slav. *wižla*, illyr. *vižal*, croat. *vižel*, boh. *wyžle*, et *wyžlenec*, quod idem est apud ipsos, ac *sljdnjk*, vide *Szelindek*.

Vitéz, ein Held, adiect. tapfer, est genuinum slav. *Wjťaz*, *Wjtěz*, cuius radix est *wjt*, inde *Swatowjt*, der heilige Sieger, ein Abgott der alten Slawen, et complures voces e. g. *wjtati*, salutare aliquem nomine Deastri *Swatowjti*, item *zwjtěziti*, vincere, *wjtězstwj*, triumphus, etc.

Vitla, vimen, surculus, nihil aliud esse videtur, quam slav. *vit*, *vitva*, *vietva*, polon. *vic*, russ. *vietv*, boh. *wětew*, *wětwička*.

Vitorla, triton, ipsi eruditi Magyari fatentur, factum esse ex germ. Wetterhahn; sed cum etiam index venti dicatur, nonne rectius deduceretur ex slav. *wjtr*, *vjetor*, *vitor*, ventus? ideo enim nominatur slav. *wětrnjk*, *vjetornik* et *vitornik*, pro ratione dialectorum.

Vitsorgani, die Zähne zeigen, rectius fletschen, dentes nudare, ringi, sine dubio factum est ex slav. *wyštjrati*, *vystsjérati*, *vytsjérati*, idem.

Vitzé, vice, ex lat. *vices*, *vice*, e. g. *Vitzé-Király*, *Wice-Král*, *Vice-Rex*.

Viza, acipenser huso, Hausen, est slav. *viza*, pol. *viz*, boh. *wyz* et *wyza*; *wyzyna* autem est caro ex eodem pisce, uti *howězyna*, caro bubula, *beranina*, *škopowina*, vervecina.

Vö-

Vödör, Eimer, hydria, ex slav. *wědro*, vide *Veder*.
Vörfölye, alea, tessera, factum est ex germanico Würfel.

Z.

Zab, der Haber, Hafer, avena, sine dubio est slav. *zob*, quod apud gentes slavicas partim avenam ipsam in specie significat, partim vero pabulum, quod rostro colligitur, in genere, der Hüner- oder Vogel-Fraß, Schnabelweide, esca, unde *zobati*, magyarice *zobálni*, *zabálni*, rostro colligere acinos vel grana, mit dem Schnabel fressen.
Zabla vel *zabola*, Gebiß, frenum, formatum est ex slav. *zubalo*, boh. *zubadlo*, illyr. et russ. *zuballo*, a *zub*, dens; et inde *zablázni*, *zabolázni*, slav. *zubadliti*, *zazubadliti*, zäumen, frenare.
Zafirkö, der Saphir, est *Sapphirus*.
Zaklatni, zwingen, durch gewaltsame Mittel nöthigen, cogere, formatum est ex slav. *zakleti*, vulgo *zaklati*, boh. *zakljti*, *zakljnati*, idem.
Zálag, *zálog*, das Pfand, pignus, est purum slav. *zálog*, boh. *záloh*, polon. russ. illyr. *zálog*, cet. in omnibus dialectis, et *zálogolni*, *zálogositani*, *založiti*. ubi *g* vel *h* mutatum est in *ž*.
Zamántz, aliis *zomántz*, sed prius est melius, quia magis convenit cum suo originali *zámaz*, *zamazanec*, crusta, gypsum, illyr. *zamažati jápnom*, i. e. *zamazati wápnom* vel *wápnem*, crustare parietes calce.
Záp, e. g. *záptojás*, ein stinkendes oder blindes Ey, slav. *záprdek*, *záprtek*, ovum foetidum, putidum, compositum vero est ex praep. *za* et subst.
prd

prd, *prk*, *prt*, quod foetorem vel putorem indicat. Nostri Magyari concursum consonarum non amantes, apud primam syllabam *zá* manserunt, et ex *prd* vel *prt* tantum primam literam *p* retinuerunt, sic exstitit magyaricum *Záp*.

Zápor, der Platzregen, etiam slavicam redolet originem: sive enim a *sporý*, *zapora*, vel *szapora*, largus, densus, effusus, derivemus, et esset *zapora-essö* vel *zápor-esö*, sive a *záporný*, *zporný*, *způrný*, *odporný*, widrig, adversus, ingratus, molestus, — slavicae erit originis. Et quis scit, nonne Slavi ita olim nominaverint nimbum vel tempestatem? vel nonne adhuc alicubi nominant *Zápor*?

Zár, *závár*, *závor*, Schlos, Riegel, pessulus, repagulum, sera, formatum est ex slav. *závor*, *záwora*. *Závor* itaque optimum est, quia accurate convenit cum suo originali *závor*, *záwora;* sed *závár* est immutatum et *Zár* contractum, ex quo *zárkozni*, *zárni*, *zawřjti*, etc.

Zászló, die Fahne, factum est ex slav. *záslona*, quod compositum est ex praep. *za*, et nomine *slunce*, *slonce*, sol, die Sonne, significat itaque proprie Sonnenschirm, umbella, umbraculum; sed propter similitudinem, facile translatum est ad vexillum, quod etiam *zástawa* dicitur.

Zászpa, sic aliqui nominant helleborum, cum tamen potius hyoscyamum aut vero solanum somniferum ita nominare deberent, cum istae herbae sint soporiferae, et eiusmodi herbae aptissimum nomen esse possit slav. *záspa*, *zászpa*, a *zaspati*, obdormire, uti *zátopa*, inundatio, a *zatopiti*, inundare, et multa similia.

Zá-

Zátony, die Sandbank, syrtis, est vox slavica, quia non tantum Slavi fluvios accolentes syrtes nominant *zátony*, verum etiam a verbo *tonu*, *utonu*, *zatonu*, versinke, demergor, commode potest deduci.

Zeller, apium graveolens, die Zellerie, slav. *zeller*.

Zemes irha, aluta, Slavi habent utrumque et *irha*, *ircha*, vide *Irha*, et *Zemes*, *zámiš*, in Hung. Boh. et Moravia *zámiss*, in Polonia *zamess*, in Russia vero *zamssenája koža*; sed etiam Germani dicunt Sämisches Leder, hinc aut ab his aut ab illis acceperunt suum *Zemes*.

Zemplin, Comitatus Zempliniensis in Hungaria, originem ducit a voce slavica *zemlia*, interposita epenthetica litera *p*, — *zem*, *zemlia* significat terram, die Erde.

Zöld, grün, viridis, Faustus Verantius deducit a dalmatico *zelen*, cum tamen omnes in omnibus slav. linguae dialectis habeant *zelen* et *zelený*, grün, hinc *züldelleni*, *zelenati* se, *zölden*, *zeleně*, *zeleno*, *zöldes*, *zelenawý*, *zöldpiatz*, *zelený plac*, *zöldség*, *zelenost*, etc. —

Zsabrak, phalerae, est german. Schabracke, vide *Tzafrag*.

Zsák, der Sack, est *saccus*, inde *zsaktsó*, *zsatskó*, Säckel, sacculus, *zsákotska*, idem, *zsákmány*, praeda, Beute, *zsákmányolni*, erbeuten, depraedari, quia praedae saccis injiciuntur.

Zsálya, die Salvey, est *Salvia*; et

Zsámoly, Schämmel, scabellum.

Zsana, ein altes Weib, vetula, factum est ex slav. *žena*, foemina, mulier.

Zsarátnak, die Gluth, ardor, pruna, formatum est ex slav. *žar*, *žára*, boh. *záře*, fulgor etc.,

et ex *tlet*, glühen, hinc *žáriti*, apud quosdam Slavos, Russos, Illyrios, etc. est super prunam assare, et ita assatum vocatur *žáreno*, *žárenoje*, *žárkoje;* et *žárenicza*, frustum panis ita assatum, et *žáridlo*, *žárillo*, Ofenstange, pertica fornacalis.

Zsellér, Einwohner, est etiam slavicum, inprimis in Illyrico *sellár*, *sellák*, incola pagi, rusticus; a *sello*, pagus, boh. *sedlák*. —

Zsemlye, die Semmel, slav. *žemle* formaverunt omnes ex lat. *simila*.

Zsenditze, est slav. *žjenčice*, *žinčice*, quod non significat caseum secundarium, uti habet Páriz Pápai, verum serum lactis, Molken, (i. e. magy. savó), sed secunda vice coctum.

Zsidó, Jud, Iudaeus, nulla gens europaea habet *Žid*, tantum gentes slavicae originis per omnes dialectos, nisi *Jud* legatur gallice *Žűd*, quod omnino huic slav. *Žid* simile esset: unde prono quasi alveo fluit, Magyaros a Slavis adoptavisse suum *Zsidó*.

Zsinát, Synode, factum est ex graeco-lat. *Synodus*, vide *'Sinát*.

Zsineg, funiculus, resticula, der Spagat, das Stricklein, factum est ex slavico *žjnka*, idem; proprie quidem significat funiculum e pilis equinis, *žjně* dictis, tortum; translatum tamen est etiam ad alios qualescunque funiculos *žjnka*, ex qua formatum est *Zsineg*.

Zsír, das Fett, Schmalz, pinguedo, slavicae gentes inter alia pinguedinis nomina habent etiam *žjr*, et inde *žjrny*, magy. *zsíros*, russ. *žjrnoy*, fett, geschmalzen, pinguis, *žjriti*, *zsírozni*, fett machen, schmalzen, etc. sed apud plerosque *žjr* significat

ficat pascuum pro porcis, e. g. glandes faginas et quernas; descendit autem sine dubio a verbo *žeru*, voro, unde *zžjrám*, devoro, nam cum porci bene vorant et glandes devorant, pinguescunt, et ita fit *žjr*, pinguedo.

Zsizsik, curculio, Kornwurm, est slav. *žjžek* et *žjžik*, illyr. *žižák*, idem, quod convenit etiam cum boh. *žjžala*, insectum, musca.

Zsivány, praedo, Räuber, etiam Slavi dicunt *žiwáň*, *žiwoň*, a *žiw*, vivens, quod tam turpem quaestum exerceat, ut facile viveret.

Zsobrák, parcus, sordidus, sehr geizig, karg, factum est ex slav. *žebrák*, *žobrák*, mendicus; sed Magyari eiusmodi hominem, qui more mendici parce et sordide vivit, adpellant *žobrák*, vide *Sobrák*.

Zsóld, stipendium, est germ. Sold.

Zsoltár, Psalter, Psalmus, *Psalterium*.

Zomok-kigyó, coluber berus, *kigyó* est genuinum magyaricum, sed *zomok* slavicum, *zmek*, *zmok*, polon. *smok*, draco, boh. *zmyge*, russ. *zmij*, *zmija*, illyr. *zmia*, anguis, coluber.

Zsufa, eine Art Brühe, formatum est ex german. Suppe, vide *'Sufa*.

Zsugori, Geizhals, sehr geizig, factum est ex slav. *žugoravý*, *žuhrawý*, boh. *žehrawý*, qui continuo murmurat, alios increpat, sua sorte haud contentus, aliis vero invidens.

Zsupp, fascis, manipulus, factum est ex germ. Schob, vulgo Schub.

Zugoly, *zugolya*, Ecke, Winkel, ex slav. *ugol*, *uhel*, vide *Szugoly*.

Zuppon, iusculum, intritum, factum est ex germanico Suppe.

Zuz

Zúz, stomachus avium, etiam Slavi dicunt *zúz* et *zúzik*.

Zúzmaráz, der Reif, gefrorner Thau, pruina, est slavicae originis a *mráz*, gelu, inde *saumráz*, *zámraz*, *zmrazky*, congelatum quid e. g. ros; sed Slavi habent alias etiam pruinae denominationes, e. g. ginj, ginowať, ginowatina, ginowatka, etc. —

Errata Corrige.

Pag. IV.	linea	20.	*loco*	certae	*lege*	certe
—	6.	—	20.	—	denominatio	—	denominationem
—	16.	—	16.	—	adoptatam	—	adaptatam
—	27.	—	13.	—	*βχσιλικον*	—	*βασιλικον*
—	34.	—	26.	—	tradit	—	trudit
—	47.	—	13.	—	*bilič a*	—	*bilička*
—	47.	—	22.	—	*idiřka*	—	*šidiřka*
—	47.	—	29.	—	nutirens	—	nutriens
—	81.	—	29.	—	etam	—	etiam
—	92.	—	23.	—	aqud	—	apud
—	116.	—	14.	—	graco	—	graeco
—	123.	—	7.	—	ltaino	—	latino
—	135.	—	17.	—	*Láva*	—	*Lava*
—	158.	—	1.	—	Pſtanze	—	Pflanze
—	164.	—	28.	—	fecrunt	—	fecerunt
—	191.	—	8.	—	mempe	—	nempe
—	227.	—	3.	—	*stauja*	—	*stanja*
—	233.	—	28.	—	*Tobiashál*	—	*Tobiáshal*
—	236.	—	5.	—	Borhaus	—	Borhaus